CONSTANTII FELICII DVRANTINI VTRIVSQVE IVRIS PERITI AD LEONEM .X. PONT. MAXI. IN LIBROS DE CONIVRATIONE .L. CATILINAE DEQVE EXILIO AC REDITV .M.T. CICERONIS PRAEFATIO.



VM EGO sæpenumero Beatissime pater nihil tam propriu; hominis ingenui existimarē:quā & gratu; esse:& uideri. Hæc est enī.(ut Cicero ait)una uirtus:una non solum maxima.Sed etiam mater uirtutū omnium reliquarū:pie & grate me facere arbitratus sum Si ei cui plurimū deberem:in eo: quod posse m:rerē gratiā. Quare cum quicqd est in me doctrinæ:quicqd boni:quod quantū sit nescio:id totum uni Ciceroni acceptum referam.Statui primū illius res gestas perscribere per quē effectum esset:ut aliorū facta narrare possem. Qd si quid animi mortuorum sentiunt:si quid de iis rebus curant:q; gratum hoc opus.M.Tullio futurum sit . Testis nobis esse potest:illa ad.L.Lucceium bella Ciceronis epistola:in qua ipse tot præcibus contendit:ut ille uelit de cōiuratione Catilinæ ac Exilio & Reditu eius separatum scribere historiam.Argumentū etiam fortissimū est:ꝙ Cicero de rebus suis cōmentarios græce ac latine et poema perscripsit.Testimonio etiam nobis potest esse ꝙ archias Licinius Poeta egregius eius rogatu res:quas in cōsultatu gesserat:multis uersibus pertexuit: qui omnes excellentissimi libri cum perierint:nullusq; alius postea de his rebus ordinate historiā scripserit nisi solum de ꝯiuratione Catilinæ Salustius:cumq; is in eo libro multa de Cicerone (ut paulopost dicemus)consulto prætererit Quid enī ego gratius Ciceroni fa

.ere potui?quam ut illius res gestas & obscuras:& multis locis sparsas unum in corpus colligerem. Quod si liber is non erit tanto uiro dignus:Si non erit:qualem ipse cupiebat:Si non erit Cicero(ut optabat)a laudato uiro laudatus:tamē qualiscumq; sit:ei gratus esse debet. Propterea ꝙ qui facit: quantū facere potest: laudandus est: ꝙ egerit:uenia ei danda est: ꝙ maiora dare non possit. Atq; eo mihi magis ille ignoscere debet: ꝙ res suas suis pene uerbis scribere conatus sim. Vtinamq; potuissem illius uerbis complecti omnia:ut liber hic non tam meus q̄ȝ suus uideretur. Sed quod potui feci Itaq; & in hoc libro multas illius et quasdā aliorum interposui orationes: quæ cum ubiq; sint pulcherrimæ nescio tamē cum in historia inserte leguntur:maiorem quadam uim:ac iocunditatem habere uidentur. Vereor ob hæc quæ dixerim: ne quis postea putet me in historia plura de Cicerone quam in illo fuerint:dicere:quod nō ita est. Nam & si ego me illi plurimū debere non negem: confitearq; me illius esse uerum amatorem:utinam etiam dicere possem uerum imitatorem. Testor tamē ego hoīm fidem:me neq; Ciceronis:neq; cuiuslibet alterius amore plus alicui tribuisse: aut odio detraxisse quā rem ipsam & ueritatē cōcedere arbitratus sim. Scio historiam ueritatis lucem esse debere. Scioq; illius hanc esse legem:ut neq; amore/neq; odio/ neq; prætio/ neq; gratia plus alicui laudis:aut uituperii impartiamur:quam uerū desiderat: ut quæ uituperanda sunt reprehendamus:quæ laudāda sunt:libero ore comprobemus. Quam quidem legem:qui negligunt:non tam historici q̄ȝ opportuni mendaces uocandi. Sed qm̄ in hoc nostro opere nonnullæ historiæ recondite & obscure narrant̄: Si extiterit quisq̄ȝ : qui ob hanc rem eas falsas esse credat rogo atq; obsecro:ne iudicium temere proferat:sed ut omnia diligenter examinet:atq; reuoluat. Sic em̄ intelliget profecto nos nihil dixisse:quin locupletissimi auctoris testimonio probare possimus. Hunc igit̄ librum pater sanctissime tibi didicauimus. Nā hoc hominibus est a natura insitū ut qui ad laudem et gloriam (ut tu es)nati sunt:quiq; magnis rebus semper sunt intenti: illi præter cæteros homies scriptores diligere soleant. Itaq; magnꝰ ille Alexander dum etiam bella gereret innumerabiles secum

scriptores habuisse dicitur. Hinc illa eius in sigeo ad Achillis tu multum pulchra suspiratio. O/te fortunatum achillem: qui tuæ uirtutis Homerum pconem inuenisti. Illi etiam uictores omnium gentium principes romani magno semp in præcio scriptores habuerunt. Itaq Ennius ita fuit maiori Affricano carus: ut etiã in monumēto Scipionum existimetur fuisse sepultus. C. etiam Marius cum indoctus haberetur mirifice tamē scriptores legi/tur amasse: neq iniuria. Nam nisi extitisset ars scriptorum: non essent illi tanta hodie gloria apud omēs gentes. Eadē sepulchra quæ eorum corpora contexerãt: nomina etiam eorũ obruissent. Quod si eisdem finibus uirorum fortium magnorũq hominum gloria quibus uita terminaret. Quis esset tam amens? qui tan/tos quotidie experiretur labores: qui tot curis uigiliisq angere/tur: qui excipienda uulnera: mortem oppetēdam pro gloria du/ceret. Nōne melius esset uitam ociosam & confertam uolupta/tibus ducere: quã se tot tantisq laboribus frangere. Nunq̃ pro/fecto duo Decii: nisi memoriã posteritatis cogitassent: se ad per/spicuam mortem pro salute. R.P. iecissent. Nunq̃ nisi eadem mente fuissent prædicti Maximi/Curii/Fabricii Scipiones/Lē/tuli/Cæsares/innumerabilesq alii tanta conati essent. Qui cum præter cæteros homines fuissent gloriæ appetentes diuino scri/ptorum munere præter cæteros etiam in laude repositos uide/mus: Gratum igit̃ esse debet humano generi scriptorũ munus per quos homines efficiuntur immortales. Vereor: ne ea: quæ dico: aliter accipias: quam ego ipse sentio. Non enim si tibi scri/ptores laudo: me tibi gratificari uolo: quasi ego tuas tuorumq maiorum res gestas celebrare possem. Non tantum mihi su/mo: non tantum mihi ascisco: atq arrogo: hoc solum scriptoris nomine confido me a te non contemptũ iri. Nam tuas tuorũq maiorum res gestas celebrare esset opus: non solum meo: Sed miro quodã artificio ac singulari & diuino pene ingenio: quæ tanta enim eloquētia? Quod tam incredibile genus orationis tuorum maiorũ imperia: magistratus: honores: præclaras egre/giasq animi & corporis uirtutes non dicam exornare: sed enu/merare posset? Nam ut a te incipiam. Quod tãtum flumen in/genii: quæ tanta scribendi uis atq copia posset tuam animi ma

gnitudinem/liberalitatem/magnificentiam/iustitiam/grauitate
Cõstantiam/pietatem/fidem/humanitatem/religionem/hono/
res/monumenta oratione complecti. Age uero quis unq̃. pa/
tre tuo LAVRETIO medice plurus fuit ingenio: consilio
prudentia uirtute rebus gestis? Quae est ora? quae sedes? qui lo
cus tam desertus: quo non penetrauerit illius nomen. Cuius
tanta erat auctoritas apud exteras nationes: ut illius fama per/
motus potentissimus Thurcarum rex legatos ad eum illius
amicitiam petens: & munera miserit amplissima. Et quem prae
terea commemorare possumus: qui magis unq̃. uiros doctos
dilexerit: fouerit: praemio affecerit. In quo tu patrē optime imi/
tatus merito praesidium litteratorum uocaris. Itaq; patris tui p̃/
claram uitam non modo ornare oratione: sed illius mortem
nemo satis celebrare posset. Quis tum fuit ad illius funus con/
cursus hominum undiq; ex italia & exterarum gentium. Qui
fletus: qui plangores: quae lamētatio nō floretiae solum: Sed ita/
liae cunctae. O fortunata mors: quae cum omnibus sit definita
tanto cum honore est reddita ut nemo esset: qui non illum ut
parentem patriae lugeret. Omitto hic ego auum tuum & proa/
uum PETRVM & COSMVM medicen non floren/
tiae solum: Sed totius italiae principes. Quanta sapientia uiri il/
li fuerunt? Quanta doctrina? Quo splendore? Qua dignita/
te? Quibus copiis? Quas illi nō tam ad humanum quam ad
diuini numinis cultum promptas habebāt ac paratas. Etenim plu
ra illi construxerunt fana & sanctissimorū hominum templa q̃
caeteri uillas atq; domos edificarūt. Nam quid ego loquar de
tuis iocundissimis fratribus? Vtinam illi uiuerēt principes: duo
altera extitissent italiae lumina ad maiorum enim animi ma/
gnitudinem & grauitatem cultus etiam armorum uberior ac/
cesserat. Quis deinde illis fuit ingenio humanitate probitate
optimarum artium studio aut ullo genere laudis praestantior?
Sed quid ego dicam de IVLIO Cardinali? plurimae sunt in
illo uirtutes: quas referre quia longum & infinitum esset duas
tantum attingam: quae in eo prae caeteris eminent: singularis
quaedam & admiranda prudentia & integritas tanta: quāta ho/
die ullo in homine reperiri non posset: quae uirtus una omni/

um maxima in summa præsertim potestate rerum omnium atq; corruptela & huius seculi licentia in illo admirabilior uide detur. Nam de LAVRENTIO DVCE silere melius puto:(ut ait ille auctor)quã pauca dicere. Tantus est in illo Splendor:ea munificentia:ea uirtus:tanta magnitudo animi ut is ad imperandum natus esse uideatur. O generosam stirpem quæ tot & tam fecũdas arbores producit. Recte igitur ut Q. Maximus gratias egit diis immortalibus: quod Scipionem in urbe Roma nasci fecissent. Necesse enim fuisse ibi esse orbis terrarum imperium ubi ille esset. Sic gratias deo optimo Maximo agere possimus:qui te sacrosanctæ Romãæ ecclesiæ præesse uoluit. Necesse est enim eos quietos ac pacatos esse:qbus contigit:ut eis summus PONT. LEO.X imperaret. Nũc demũ intelligimus esse uerum:quod quidã quasi deus Philosophorum Plato dicere solebat:tunc demum beatum terrarum orbem futurum:cum aut docti regnare: aut reges docti esse cœpissent. Te enim doctissimum & sapientissimũ principem ueneramur. Nobis aũt gratulamur & gaudiis exultamus summæ doctrinæ summæq; sapientiæ maximi imperii clauum esse adiunctum. Quare(ut ad id redeam)quod initio preposui Tu quoq; princeps sapiẽtissime multum scriptoribus debebis Nam si per me non licet:erunt alii fortasse diuino ingenio:per quos tua tuorumq; maiorum incredibilis magnitudo animi: inaudita liberalitas. Noua iustitia/singularis prudentia/mirifica Constantia/ egregia humanitas/ insignis doctrina/ præclara uirtus militaris: donec flumina current:donec erit genus hominum: uiuet & clara erit:per quos efficietur: ut posteri de te tuisq; maioribũs semper loquãtur. Quamobrem beatissime pater te oro atq; obsecro:ut hunc librum hilari fronte suscipias Hoc mihi gratius accidere nihil potest. Multa in eo auditu digna narrantur. Videbis Catilinã cum suis sceleratis sociis multa audacter:multa crudeliter conari: Videbis iterum quam fortiter & sapienter eis. M. Cicero & M. Cato resistant. Videbis ut uirtutem inuidia semper insectetur:ut ad extremum uitrix semper uirtus existat. Leges in hoc libro imaginem quandã atq; similitudinem uitæ tuæ. Habuit eñi cursus annorũ tuorum sicut

Ciceronis uitę curriculum quasdam temporum uarietates for tunaeq; uicissitudines: quae si tibi optabiles in experiendo non fuerunt: te tamen haec aliquando meminisse iuuabit. Habet enim (ut Cicero ait) praeteriti doloris secura recordatio delectatio/nem. Habuit etiam cursus uitae tuae cōmunes quasdam cum Ci cerone actiones & consiliorum & temporum. Ille propter io/cundissimam ingenii laudem: & magnitudinem rerum gesta/rum fuit ex urbe expulsus. Tu fuisti ciuitate eiectus propter am plissimam gloriam et morum ciuium inuidiam. Quod idem in omnibus ciuitatibus: quae rerum potitae sunt: multis clarissi/mis uiris & optime de re publica meritis accidisse memoriae proditum est. In qua quidem honestissima calamitate extitisti tu magnitudine animi Cicerone longe superior. Ille enim exi/lium illud tolerasse fertur animo nimis fracto atq; abiecto. Tu contra casum illum erecto atq; fortissimo tulisti. Creauit te na/tura excelsum quendam atq; altum hominem praeclare res hu manas contemnentē: paratum contra fortunā: & optime arma/tum. Ille postea ab omnibus desideratus rediit in urbem: cuius quidem Reditu nō solum uiri ac mulieres. Sed etiam moenia ipsa & tecta urbis gauisa sunt. Tu tandem a cunctis expetitus in patriā reuertisti: Cuius Reditu non solum homines: Sed agri prope dicam ipsiq; mōtes letati sunt. Ille restitutus in ciuitatem suis pepercit inimicis. Tu in patriam reuersus aduersariis tuis uirtute & nobilitate praestantibus non pepercisti solum Sed eo rum etiam amplificasti dignitatem. O/ clementiam admirabi/lem: quae in dimicatione capitis famae & fortunarum inimicos defendit: ornat atq; tuetur. Sed ut longius progrediar: & huma/na iam diuinis comperem. Illum populus Romanus propter exīmiam animi uirtutem & ingenii laudem omnibus Centu/riis consulem declarauit. Te sacrosancti Cardinales propter in credibilem tuam animi sapientiam ac multarum rerum noti/tiam: & probitatem cunctis suffragiis Pontificem maxi. creaue runt. Illi secures traditae sunt: ut animaduerteret. Tibi Claues Coelorum commisse: ut quodcumq; ligaueris super terram: sit ligatum & in coelis. Ille parens patriae appellatus est. Tu pater omnium uocaris. Conferrē hoc loco cōmunes quasdam tecū

cum illo præclaras animi dotes. Adducerē multas & quidem proprias nec cum illo participantes singulares tuas uirtutes: Si parem (ut antea dixi) gloriæ tuæ possem orationem inuenire. En igitur cui ego potius libros de rebus Ciceronis dedicarem q̄ illi: qui sua uirtute antiquorum hominum gloriā & laudem superauit. Q uaē pa tē sanctissime ne grauere: quoad tempus patiatur: hos nostros legere libros non ut ex eis documenta aliqua sumas. Summa enim in te sunt om̄ia præclarissimarum uirtutum exempla. Sed ut uirorum fortium & clarissimorum hominum facta perlegens laudes tuas interdum recognoscas: Sed anq̄ ad historiam ueniam: sine me beatissime pater iis criminibus respōdere: quæ mihi sæpe ab obtrectatoribus ab inuidis meis obiecta sunt: & uulgo iactata. Aiunt me temere & arroganter fecisse: φ de iis rebus scribere ausus sum: de quibus tam diligenter Salustius historiam scripserit: de quo in quam te te. O/ Cicero obtestor me: φ uiderem res tuas gestas partim obscuras et uarias et multis locis sparsas: partim minus q̄ oportuit celebratas: iccirco rerum tuarum comentarios cōfecisse. Audieram ego Salustium fuisse tuum inimicum: legerā illius in te inimicissimam orationem. Videram illum in Catilinario multa de te silentio transiisse. Q uid enim gloriosius. M. Ciceroni contingere potuit? quam ut pater patriæ nominaretur: Nullum fit de hoc a Salustio uerbum. Si etur de supplicatione: qui bonos tunc maximus putabatur. Muta est illa. S. P. Q. R. præclara & uera laudatio. Reticetur de illa inaurata statua: qua Cicero a Capuæ decurionibus donatus fuit. Atq̄ ut quid ego sentio iam apertius dicam: Q uotiens ego Salustiū lego totiens ego. R. Publi. casu magis & fœlicitate: quam uirtutem cōseruatā iudico: quum uero Ciceronem aliosq̄ reuoluo tum ego existimo: qđ bellū nullū maius magisq̄ piculosum cōmemorari possit: neq̄ maiore ꝯsilio & uirtute restinctū Nunq̄ n. iprobi paratiorē ducē habuerūt neq̄ maius odiū unq̄ i. R. P. uersatū est. Mihiq̄ uideť (ut ad Crispū redeam) illa Salustiana coniurationis descriptio lamētatio quedam & querela temporum suorū. Dixit eñ multa de maiorū ꝯtinentia: multa de magnitudine animi: de liberalitate multa/ de i ustitia/ de fortitudie/

pietate/Constantia/religione de cæteris uirtutibus multa:de lu/
xuria uero suorum temporum/ de libidine/ de corruptelis/ de
proteruitate:de sumptibus de uitiis iuuentutis/ de corruptis ci/
uitatis moribus immensa fuit oratio Cætera uero magis Cæsaris
et Catonis præconia uidentur q̃; Ciceronis laudatio. Quamq̃
Cæsar iudicio meo cum omnibus fere aliis in rebus sit laudan/
dus:in Catilinario tamen (si id lex historiæ pateretur) silentio
magis prætereundus esset. Neq; enim caruit ille cum Catilina
societatis suspitione. Quod si nihil de Cicerone fuisset a Salu/
stio prætermissum:si tm̃ ille laudis. Mar. Tullio dedisset:quan/
tum ei Senatus & omnes boni concesserunt:quantum conser/
uatori reipublicæ impartiendum fuit:profecto nunq̃; Cicero tã/
to studio efflagitasset a. Lucio Luceio:ut res suas perscriberet:
nunq̃ ille consulatus sui commentarium græce & latine edidis/
set: neq; res suas tot uersibus fuisset complexus. Atq; utinam il/
li extarent libri. Tua esset. O/ Cicero maior gloria:neq; ego du
abus ætatibus laborassem neq; ego nunc uitio temeritatis ac/
cusarer. Sed iniuria temporum perierunt illa & multa aliaq; quæ
quidem si deplorare uellem:lamentationum & querelarum fi
nem non inuenirem Cum tot & tanta scripta perierint:quæ om
nibus italiæ thesauris redimi non possent. Desinant igit̃ homi/
nes:desinant me reprehendere:desistant me crimine arrogãtiæ ac
cusare. Non enim si scripsi ea q̃ Salustius scripsit:me cum illo con
ferre uolui. Moriar ego potius: q̃; ut suspicer:aliquẽ tam aman
tem fore:q me cum illo ulla in re conferendum putat. Cum his
me conferre decet:qui nũc uiuut: nõ cum illis:quorum sermo
est melle dulcior. Sed ut aurum positum iuxta plumbum ma/
gis enitescit:ut gemme ni orem & uirtutem suam magis osten
dunt:Si contra aliquid eis fictum aut simulatũ opponatur:sic cum
iste liber Salustio opponatur:magis ille uirtutes suas ostentabit
magis elucescet. Quamq̃ cum iam ad summũ glorie cumulũ
peruenerit:magis ille clarus effici non potest. Quam uir acer/
rimi iudicii Fabius Quintilianus. Thucididi comparat: cuius
tanta est in dicendo breuitas:tanta uis:tanta iocunditas:ita den
sus ita acer:ita in concionibus/eminens/ita crebris clarisq; sen
tentiis spissus; ut non immerito a doctissimis uiris Crispus

In historia princeps sit dictus. Satis ego multa docui nihil esse cur crimine arrogātiæ reprahenderer. Exclusi obtrectatores mei hac criminatione: rursus in me irruunt: me accusant. Aiunt me omnia pene a Cicerone furatum esse: cui ego crimini cum respōdere sine mea laude non possim: tu qua de me dixero: non gloriādi: sed criminis diluendi causa dicam. Nihil est em̄ tam alienum a natura mea: quā uerborum iactantia. Primū igit eis respondeo. Quid cōuenientius? quid cōgruentius fieri potuit? quā ut cuius res gestas perscriberes: eiusdem quoq uerba inter poneres: ut quum legeres: tibi non solū Ciceronis res gestas legere: Sed & illum audire uidereē. Quare cōfiteor/ testor/ admoneo/ denuncio/ prædico/ me multis in locis nō modo Cicerōis uerba: Sed clausulas etiam cōsulto sustulisse. Nam qs erit præter istos tam iniquus iudex: q nō iudicet: qd si ubi Cicerōis uerba inserui mea interponere uoluissem: potuisse me ibi hoc idē facere ut aliis in locis fecissem. Itaq si mihi nō Cicerōis: sed cuiuslibet alterius magni uiri fuissent res gestæ pscribende: ostendissem ego istis: posse me meis uiribus consistere: nec mihi ad scribendū opus esse alieno calamo & attramēto. Mihi em̄ Ciceronis res gestas pscribenti fuit quidē difficile atq arduū recon ditas inuenire historias: & materiem strictam atq angustam dilatare: quibus autem uerbis aut quomodo ea dicerem fuit certe negocium leue ac facile. Deinde si ego eis concedo: ut quæ mea sunt mihi: quæ Ciceronis sunt Cicerōi reddātur: in quo me tandem uituperare possunt? Meus erit profecto ordo: mea distributio: mea multarū obscurarum rerum declaratio. Mea etiā laus: φ ea quæ dico: omnia pene Cicerōis uerbis dicere possum. Atq non sentiunt isti obtrectatores mei: dum nunc cum eis cōtendo: me Ciceronis quoq uerbis cōtendere. Meum etiam erit ingeniū: φ res tot: tam obscuras: tam uarias: tam sparsas: ita cōprehenderim: ut unus esset in toto libro meo stilus atq sonus. Nam pauca a Cicerone subripere: & suo (qualecumq fuerit) generi scribendi intexere: cum facile est: tum uero maxime puerile. Illud efficere: ut prima media ultima & oīa adeo intē se similima sint: ut q ea legat unius auctoris esse credat: maximi ingenii est: hoc opus (ut ait ille auctor ualde bonus) hic labor est.

Et illa furta maxime reprehendenda sunt: ut aliqui ieiuni: tenues/aridi/sicci/tristes/inculti/asperi fecerunt: qui multa a Cicerone furati cum suis scriptis insererent: non uidebant: ꝙ grandia cum minutis: mollia cum duris: aspera cum iocundis: tristia cũ letis: horrida cum cultis: abundantiam cum inopia comiscentes efficiebant: ut non modo eorum furta ab omnibus manifeste conspicerent: Sed quod deterius est eorum oratio uaria hue & illuc fluctuans nec suis uiribus cõsistere: nec alienis stare poterat. Et nũc ad summũ ascendẽs: nunc descẽdẽs ad imũ: & modo turgida: mõ pressa: modo grãdis: mõ parua: mõ tristis: mõ leta: mõ aspera: mõ mitis: mõ horrida: mõ culta: nec hominis: nec equi: nec leonis: nec ursi: nec bouis faciẽ habet. Q d cum maxime uitiosum sit: ualde gaudeo: mihi obici nõ potuisse ab istis ꝓsertim qui omĩa etiã falsa obicere ꝯsueuerunt. P ossem etiã ego hæc mea furta defendere exẽplo doctissimorũ uirorũ. Nã & Salustiũ multa a Catone furatũ esse Fabius Q uitilianus et Suetonius T rãquillus memoriæ ꝓdiderũt. quẽ Leneꝰ Pompeiũ Gn. Pompei magni libertus Catonis uerborum ineruditissimũ furem appellabat. De quo ait poeta: nescio quis. Et uerba antiqui multũ furate Catonis C rispe Iugurtine cõditor historiæ possẽ etiã respõdere: id quod Virgilius respõdebat. quum sibi obiiceretur: quod pleraq; ab Homero sumpsisset. Etẽ aiebat cur non illi eadem quoq; furta temptarẽt: uerũ intellecturos facilius esse Herculi clauem quam Homeri uersum subripere. Sed ego nõ id dico: quod si dicerem: uerum dicerẽ: facilius esse ab illo ualentissimo Hercule clauem quã aliqd a Cicerone extorquere. Sed illud dico: ut isti obtrectatores experianẽ ipsi. Intelligẽt ꝓfecto multo difficilius esse pauca a Cicerone cum uenustate subripere quã multa de suo effundere. Sentiẽt illam furãdi uiam difficilem: asperã: atq; arduam: plenam esse laborum atq; sudoris: Etẽ qro si esset aliqs locus altissimus: ubi ingẽtes thesauri essẽt abscõditi: essetq; ad hũc locũ ascẽsus deuius difficilis atq; arduus descẽsus uero icertus atq; piculosus. qs tandẽ maiorẽ igenii laudem mererẽẽ? nũ ille: q eo ascẽdisset: & pulcherrimos thesauros iuenisset: aut ille q suis rebꝰ ꝯtentꝰ ꝑpetuo in paupꝑtate uixisset. Sic in illis sublimibꝰ. M. T ul. epistolis i illis eminẽtissimis orõ

nibus: in illis altissimis oratorum libri reconditos eloquentiæ thesauros Si quis subripuisset: nonne magis laudandus esset? quã ille:qui suo dicendi genere cõtentus ieiunus tenuis aridus sitiens pauperq; semper uiueret. Deinde si ego ostendo quam celeriter hunc librum confecerim non uideo: quare hoc opus (qualecumq; sit) uituperare potius quam laudare debeãt. Nã cum ego anno XV. natus me perusiam studiorum causa cõtu lissem:uixq; per biennium iis studiis (ut dicit) humanitatis d dissem operam:repente ab his studiis lachrimãtes & prope flẽ/ tes abstracti fuimus:& iuris ciuilis præceptoribus traditi:sub q bus cum hieme ac uero integro stipendia meruissemus:æst· te & q ius ciuile (ut mos est) non legebatur:& q ego laborioso studio fatigatus eram:mei reficiendi causa me ad ea studia retu li:quibus ab ineunte ætate deditus fueram: Cumq; tempus ita mihi partitum fuisset:ut partem diei in iure ciuili partem in hiis studiis consumerem:hunc librum scribere incœpi:nondum se re exacta æstate:nondum explicato opere iterum me totum ad leges contuli: Altera æstate quamq; mihi ius ciuile ualde obsta/ bat:tamẽ ut superiori anno feceram:recepi me ad illa amœnissi ma studia:a quibus tota Hieme fueram disiunctus. Itaq; opus quod Decimoseptimo meæ ætatis anno inceperam: Decimo octauo perfeci. Expleto opere iterum me totum iuri ciuili tradidi:in quo nos aliquid profecisse:Sæpe cum equalibus no stris:& cum excellentissimis præceptoribus de iure ciuili dispu tationes testantur. Quod si diutius nobis cum oratoribus esse licuisset:si non oratores euadere:at aliquid proficere posse spe/ randum erat. Sed in primo scribẽdi cursu cecidimus ul' potius detrusi sumus in uastum iuris ciuilis gurgitem:& obruti libro rum multitudine:cum diu in illis turbidissimis fluctibus iacta ti fuerimus:uix tãdem iterum illam beatissimam oratorum ter ram attingere licuit: quo tempore nos maiora quædam & al/ tiora scribere agressos repente casus quidam impediuit. Itaq; si paulum nunc ius ciuile intermitterem:& me ad scribendum re uocarem:historiam hanc de coniuratione Catilinæ deq; Exilio ac Reditu. M. Tul. Ciceronis omnibus dicendi ornamentis et artis coloribus facile superarem. Nam cum multa me hodie

adiuuarēt quæ tūc mihi præsto non fuerunt:tum certe ætas n
prudentiorem in scribendo efficeret. Quare peto a uobis qu
iusti:qui docti:qui ab omni inuidia & odio remoti estis:peto:
ut si quædam in hoc libro uitiosa & non digna docto homine
inueniritis: ut primum cogitetis:ꝙ nemo repente fit summus:
nihilq̃ adhuc esse inuentum:in quo aliquid non desideraretur
Deinde dedis aliquid adolescētiæ meæ:permittatis multa occu
pationibus:tribuatis plurima angustiæ temporis. Nam ut con
feram parua magnis Salustiū paucissima uno die scribere soli
tum:& maximo cum labore auctor est Quintilianus. Quam
quam hoc loco uere mihi gloriari licet me librum hunc scrip
sisse stilo altiori: quam adolescentulo nondū Decem & Octo
annos nato:et ualde iniure ciuili occupato par esse uidebat. Est
enim in nostro libro (ni fallimur) Maiestas quædam atq̃ lu
men optimorum uerborum. Narrantur deinde plurimæ recō
dite & quæ non omnibus note sunt historiæ. interponuntur eti
am conciones ualde temporibus ac personis accomodatæ. his
accedit oratio plerumq̃ numerose cadens:& explicādarum hi
storiarum nō intricatus ordo. Quid multa? ea quæ scripsimus
non uereor: ne cum recentissimorum scriptorum industria &
gloria cōferri possint. Non enim tam impudenter furati sumus
ut nescio quis magnus nostri temporis scriptor:qui cum ab or
be condito usq̃ ad hanc ætatem & memoriam nostram et sepa
ratim præterea d̄ gestis Venetorū historiam scripserit: Liuii: Cæ
saris Salustii & multorum aliorum scriptorum nō modo clau
sulas: Sed conciones pene integras paucissimis mutatis uerbis
subripuit. Ex quo fit:ut eius operis nō unus sit stilus atq̃ sonus.
quod non idem de libro meo dici potest. Sed iam satis multas
uel plura potius ꝙ̃ necesse fuit. Tu autem princeps sapientissi
me parce si plura dixi:quam dicendum fuit in istos maledicen
tissimos homines:pio dolore et iusta iracūdia elatus longius
quam uolui euectus sum. Nunc igitur ad historiam descenda
mus:ac prius pauca de Catilinæ uita ac moribus dicamus.

❧ CONSTANTII FELICII DVRANTINI VTRIVSQVE IVRIS PERITI AD LEONEM X. PONT. MAX. DE CONIVRATIONE LVCII CATILINAE LIBER INCIPIT



Vcius Sergius Catilina Patritio genere ortus permultas habuit ingẽtibus uitiis adũbratas uirtutes. Fuit i illo ingeniũ: animus: memoria: litteratura: Erat ei consilium ad facinus aptũ: consilio autẽ neq̃ lingua: neq̃ manus deerat. Vigebant apud illum studia rei militaris. Laborem: uigiliã: frigus: sitim: famẽ ultra fidem ferre poterat. Illa uero in illo homine mirabilia fuerũt: posse cuiuscũq̃ generis homines cõprehendere amicitia: Tueri obsequio: cum omnibus cõmunicare quod habebat: nihil: quod posset: cuiquã petenti denegare. Sed has uirtutes ingentia uitia superabant: incredibilis audacia: singularis impudentia: mira incõstãtia: ferox animus impuris: fallax: libidinosus: nemo illo insidior: aut crudelior unq̃ fuit Nec ego unq̃ fuisse hoiem interris ullũ puto tã ex ꝯtrariis diuersisq̃ iterse repugnãtibus naturæ studiis cupiditatibusq̃ conflatũ. Erat in rapacitate auarus: in largitiõibus effusus. utebãt homĩnibus improbis multis: & quidẽ optimis uiris se deditũ esse simulabat. Erat ei summũ in bonos oẽs odiũ: summa eidẽ cum ornatissimis uiris familiaritas. Cũ tristibus seuere: cũ remissis iocũde: cum senibus grauiter: cum iuuentute comiter: cum facinorosis audacter: cũ libidinosis luxuriose uiuebat. Hic apuericia in omni flagitio uersatus multa libidinose: multa crudeliter in ciues Ro. atq̃ socios. multa in deos atq̃ homines nefarie fecit. Nam syllanas partes sequutus. Q. ceciliũ M. uolũniũ L. tãtasiũ aduersæ factionis clarissimos ciues manu sua occidit. M. q̃ mariũ graudianũ hominẽ maxime popularem: qui bis præ

B

tor fuerat:cui etiam plebs ob honorē statuas omnibus in uicis posuerat:cū uerberibus per totā urbem lacerasset:post ei a cer/ uicibus inspectante.p.r.caput abscidit:idq; tum plenū animæ & spiritus ad sillam usq; ab ianiculo ad ædē appollinis manibus ipse suis detulit. Sūt etiam qui dicunt Catilinā se fratricidio contaminasse:atq; postea iudicii pœnas timentē.L.Syllā obsecrasse: ut necatus ab eo frater in pscriptoꝝ numero referret:Occidit etiam catullum sororis suæ uiꝝ & equitē ro. honestissimū.nec caruit Catilina suspitiōe incesti cū sorore admissi. Deinde prætor prouintiā africam sortitus eam adeo uexauit:atq; afflixit:ut legati afri in senato de eo iam tum puintiam obtinente grauiter questi sint:accerrimeq; a patribus in senatu de eo sentētiæ di/ ctæ sunt:cum nōnulli senatores illum affricanis oratoribus dā. dum censuissent:statimq; cū ex africa redut:repetundarū reus accusante.P.clodio adoloscēte factus est:& puaricatiōe absolutus esse creditur.Cicero in toga candida & Lucrtius in orationi/ bus quas in Catilinā scripsit:ei obiecit:ꝙ cū stupri consuetudi/ nē habuisset cum quadā muliere nobili:ex eodem stupro suscēptam filiam duxisset uxorem:atq; adeo costans opinio fuit: eū cum Fabia Terentiæ Ciceronis sorore & uirgine uestali stuprū cōmisisse:ut eius nomine accusatus uix catuli grā nixus euasērit. Postremo Cat. captus amore aureliæ orestillæ nite & exi/ mia ut predicabatur facie:uxorem suam interfecit:deinde petiit ut sibi aurelia nubat:illa autē nō domū supioris uxoris sangui/ ne redundātē reformidās:sed ꝙ priuignū adolescentē timeret:iecirco se ab his nuptiis abhorrere respondit. At Ca.ut aureliā haberet.Scelus sceleri cumulauit.nā priuigno ueneno necato aureliam in matrimoniū duxit.Nec minus Catilina se fœdis puerorum ꝙ mulieꝝ amoribus inquinauit His igitur tot sceleribus atq; flagitiis contaminatus Cat. cupiditate incredibili semp flagrabat opprimende.r.p nam honores:imperia:puincias triumphos:nimisq; alta cupiebat:quequidē quieta r.p. desperauerat: turbata se cōsequi posse credebat.Itaq; nouis rebus semper studens discordias:ciuileq; bellum exoptabat Postremo magna pditorum hominu copia fretus cōsilium inuadendæ reipu. ca/ pit.Sed quoniā L.Cat.bis coniurauit contra remp. semel legi

do & uulcatio Coss. Iterum consi. cicerone: utile erit antequam ad ciceronis in consulatu gesta ueniamus: pauca prius de superiori coniuratione referre.



Um. P. Antronius & .P. Sylla consi. desig L. Tullo M. Lepido consi. ambitus accusati honore & fama spoliati fuissent: Antronius ut homo erat: qui in bonis rebus omnes contemnere: in malis pugnare contra bonos consueuerat: non tempori cedere non fortunæ ipsi succumbere: consulatũ: quẽ iudicio amiserat: per uim recuperare cogitabat. Is igitur consilium suũ cõmunicauit cum L. Cat & L. Varguntelo & CN. Pisone adolescẽte/pdito/audace/& rẽp. pturbare cupiente. Qui cũ se hanc rẽ haud facile sine alicuius uiri potẽus præsidio perficere posse sperarent M. Licinium Crassum hominẽ florentẽ gratia opibus: honoribus sotium sibi & adiutorem asciuerunt/ Tũ ei principatũ deferẽdo tum ꝙ CN. Pompeio infestus/inimicusq erat: eiusq opes in r.p. crescere molesteq ferrebat. Conspirauere hi circiter nonas Decẽbris: ut conflato magno seruoꝝ & gladiatorũ nũmero. kl. Ianuaris. L. Cottã. L. Torquatũ Coss. interficerent: curiã obsiderẽt. Trucidatisq plerisq senatorũ Cra..us dictaturũ inuaderet. Catilina & Antronius correptis fascibus in campũ descẽderẽt cũ lictoribus: cõstitutaq ad eoꝝ arbitriũ. r. p. Piso cũ exercitu ad obtinendas duas hispanias mitteretur. At Crassus cum dies cædis uenisset penitentia adductus adesse noluit. Quare cæteri coniurati eius absentia pculsi quod animo intenderãt pficere nõ potuerunt. Alii aliter referunt: & optimatũ cædẽ ideo factam non esse scripserunt: ꝙ prisq parati essent cõiuratis signum dedisset Catilina Fuere item in hac cõiuratione nominati. C. Cæsar & P. Sylla nobilissimi ciues. Addideruntq ita fuisse constitutũ: ut cæsar magister equitũ efficeretur. Sed cæsarẽ eius uirtus: splendor: magnitudo animi in hac cõiuratiõe nõ fuisse tuetur: Syllã Q. Hortẽsius clarissimus orator defendit. De hac cõiuratione significare uoluit Cicero in illa epistola: quam ad. CN. Pompeium de suis rebus gestis & de summa reip. misit scribens furorem incredibilem bienio ante conceptum erupisse in suo consulatu Sed hactenus de superiori coniuratione.


Atilina tam & si superior coniuratio sæde euenerat sententiã non mutat cõsilium nepharium oprimẽdæ.r.p.non abicit. Sed in maiore cupiditate incensus est:ꝙ superiorem coniuratonẽ casu quodã prospere non euenisse putabat:& simul ꝙ romæ multi erant ciues: quoꝝ aes alienũ libidine contractũ nisi prædiis uẽdius dissolui nullo modo poterat. Sed hi tanto amore suas possessiones cõplexi tenebant:ut eos qd uis potius ausuros Catilina non falso crederet:ꝙ ut sustinerent se patrimonio spoliari. Incendebat etiã eius amentiam spes consulatus adipiscendi:& simul ꝙ C. Antonium collegã se habere sperabat hominẽ maxima sibi familiaritate coniunctũ. Incitabant præterea eum ruinæ fortunaꝝ suaꝝ & inmanis illius importunaq; natura: quæ nõ modo otiũ:Sed ne bellum qdem nisi ciuile cupiebat. Suberat etiam illa cã maior:q̃ cati.hominẽ sua sponte ad perturbandã.r p. incitatũ in audacia simul ac cupiditate cõfirmabat. Nam postea q̃ L. Sylla uictor armis remp. recepisset:eius milites maxima preda donatos fesulis antiquis expulsis habitatoribus constituit. Hi exegentibus repente alienis pecuniis facti diuites cœperũ uillas atq; domos sumptuosius insolentiusq; ædificare:magna conuiuia:magnos sumptus facere & dum regio more & apparatu uiuũt:cito illa tot & tanta excæde ciuium & sanguine coaceruata desecerũt bona. Et.n.male aqsita breui dilabũtur: Et dũ postea eadẽ in egestate:q̃ in abundãtia:luxuria permanet:incredibile dictu est in quantũ æs alienum inciderant. Ob idq; semper illi tumultũs discordias & bellum intestinũ exoptabant His accedebat:ꝙ aderat in hispania citeriore cum exercitu. CN. Piso de quo supra mentionẽ fecimus:summa ui corporis & animi adolescẽs. Sed eisdem qbus catilina imbutus cupiditatibus:inimicus ocii:bonorum hostis: largitor sui:alieni appetẽs. Signifer seditionis:cõcitator tabernarioꝝ. Deinde obtinebatur ꝓuincia mauritania.cat. P. Siccinio nucerio incredibili quodã nouarũ rerum desiderio flagrãte ambo hi Catilinæ erãt amicissimi. Magnam enim uim habet:ad cõiungendas amicitias morũ:ac naturæ similitudo:cum istis sæpe antea catilina consiliũ belli faciundi cõmunicauerat:& coꝝ nunc præsidio & copiis multum iuuari cõiurat

tionẽ posse sperabat. In hanc quoq; cupiditatem impetu quodã & dolore ferebatur: q͞p omnia ad Gn. Pompeiũ & certos homi/nes deferri uidebat. Nam cũ. L. Tullo. M. Lepido consulibus de imperatore deligendo contra Mitridatẽ regem diu in senatu esset disputatũ: princepsq; Catilina: ut illius belli dux esset omni studio gratia ambituq; pugnasset: ab omnibus senatoribus ue/hementer est reclamatũ: delatũq; imperium Gn. Pompeio præ/cipue Ciceronis prætoris opera. Ea cõtumelia tactus ferox Ca tilina bonis inimicus: senatui iratus: rem publicã perturbare sta tuit. Voluebat item animo multoꝝ ciuium neces: plurima ne/phanda stupra: & adulteria & infinita scelera: que in patriã ille q̃ in deos atq; homines ediderat & sibi carcerem & exiliũ ob id semper ante oculos uersari putabat. Nam pœnam sibi semper imminere existimãt: qui peccauerint. Ea etiam Catilinæ oppor tuna uisa sunt: nullum in italia esse exercitũ: ingentẽ per omnes terras desperatorum & perditorum hominũ copiam esse. His igitur tot tantisq; opportunitatibus se remp. facile opprimere posse cõfisus catilina: ꝑ multos ex omni genere homines sibi amicos & obnoxios fecerat. Nemo nõ modo Romæ. Sed ne ullo in angulo totius Italiæ: ueneficus gladiator: latro: nemo si carius parricida: testamẽtoꝝ subiector nemo ganeo: nepos & adulter fuit: q nõ aliq̃ ẽet cũ Cat. familiaritate cõiũctus. Quicũq; Romæ pɩ̃monia sua ꝑfũderãt. fortunas obligauerãt: hi Cat. itu/mi ac familiares erãt. Et quẽ audacẽ cognouerat: hũc i suã fami/liaritatẽ libẽtissime recipiebat. Minime. n. timidos & ualde cala mitosos eos esse oportere aiebat: q adciuile bellũ uocarent. Præ terea ꝯplures adolescẽtes nobiles: alis fructũ libidinũ: alis mor tẽ parentu pollicẽdo: pecunia alios: gratia: labore corporis: Sce lere etiam si opus esset adiuuando. utq; eoꝝ diuersa studia per spexerat. sic dissimili ratione in suam familiaritatẽ illexerat. For tes etiã quosdã & bonos uiros specie quadã uirtutis assimulate tenebat. Habuit. n. ille (sicut diximus) ꝑ multa ornamẽta: que utinam ad meliorẽ mentẽ & uoluntatẽ fuissent cõuersa. Cum igitur Catilina ingẽtẽ iam numerũ ꝑditorũ hominũ collegisset. Circiter kl. Iunii. L. iulio Cæsare. C. Mario figulo cõss. Primũ unũquẽq; separatim tẽptare cœpit: cõiurationis premia docere:

alium cupiditatis suæ ueuisse tempus mouere:spē aliis domi nationis:rapinarū aliis cōmemorare. Deinde ubi eos satis prop tos cognoscit omnes nobiliores:& adfacinus audatiores & cū quibus sibi maior erat necessitudo:in. M. leccæ domū cōuocat: hanc domū sibi Cat. delegerat:q procul erat a foro & id cōsiliū initi oportunius in solitudine arbitratus est. eo igitur cōuenere ex clarissima Corneliorū gēte. P. Lentulus sura uir consularis & nepos illius Lentuli clarissimi atq optimi uiri:qui armatus graccū in auentinū est psecutus. Hic dominandi cupiditate. Ca tilinæ par erat. At belli industria ingenio:consilio:nullo modo cōperandus. Erat tñ in lentulo corporis quædā dignitas & dicē di exercitatio nō mediocris. Is inductus a uatibus fatale nomē suū ad pernicē r.p. fore credebat. Nam ex libris sybillinis aru spicūq responsis protēd dicebat dominationē tribus corneliis: se tertiū illū esse corneliū:ad quem regnū urbis atq imperium peruenire esset necessi: Cinnā ante se & syllā fuisse. Miseros ho mines:qui uatibus credunt:quibus Lentuli pœna exemplo es se debet:in quot illi discrimina & scopulos hoies impellāt. Huic homini nihil inerat sanguinis auiti:nihil domestici splendoris: contraq omnia p auita honestate:temperantia:fortitudine:pru dentia:turpitudinē habebat:luxuriam:ignauiam: temeritatem. Atq bis senator fuit:& bis ad iudicū subsellia attractus euasit. Item. C. Cethegus:is temeritate & audacia. Cat. superabat. Sed studio armorū/nobilitate corporis robore erat prope equalis. Etenim in bello miles multa gregia facinora ediderat:sæpe ar matum hostem suderat:bene equis:optime armis utebatur. Ac nullum erat negotium tam arduū:nullū tam difficile:quod nō huic paruum ac leue uideretur. Tam erat illius uastus ac imo deratus animus. Hic Q. metello pio clarissimo uiro:graue uul nus quōdā inflixit. Atq alias contra remp. coniurasse traditur. Erat etiā in eodē numero. P. Cimber Gabinus in summa fami lia natus:improbus/crudelis/rapax/superbus/fallax/impudens libidinosus. Item. L. Cassius lōginus & P. Antronius:ambo no biles/ambo diserti/ambo magnis honoribus functi/ambo di uersis temporibus consulatus candidati:horū par erat libido:si milis crudelitas:eadem impudentia:gemina audacia:quor al

ter homines ex possessionibus ui & armis expulerat:cædem fecerat:delubra deoꝝ imortaliũ expilauerat. Alter plurima stupra & aduleria cõmiserat. Longũ esset mihi presertim ad alia magis necessaria properanti unius cuiusq; uitã & mores explicare Itaq; alioꝝ nomina referre sat erit.Cõuenere igitur in hãc domum præter istos.L Varguntejus Senator.P.seruius Sylla Q. Gurius.Q.Annius P.& M.lecca.L.Calphurnius bestia.M.Fuluius nobilior.P.Statilius.P.Furius:Manlius chilo.P. Tongillus.Multi præterea ex municipiis & Coloniis:qui existimatiõe & nobilitate principes erant:huius consilii conscii fuerunt. Nõnulli item fuere:qui in hunc cœtum non ueniebant. Sed occulte huius sceleris participes erant:Catilinãq; clandestine iuuabãt inter quos aliqui dixerunt huius coniurationis.M. crassum & C.Cæsarẽ cõscios:adiutorestac impulsores fuisse.Crassum dolore quodã animi dicebãt:impulsum: ꝙ eius inimicus. CN. Pompeius maximis rebus terra mariq; gestis princeps ciuitatis iam omnium iuditio habebat:& ob id cõfisus Crassus si coniurati uicissent facile se totius orbis terrarum futurũ principẽ:Cæsarem autem:ꝙ is egregia liberalitate usus: plus triginta & octingentorũ talentoꝝ debitor erat.Alii hæc ficta: & omnia ab inimicis profecta dixerunt:minimeq; credendũ clarissimos uiros cũ Lentulo catilina cethego desperatis hominibus fœdissimam societatẽ fecisse:nos quid de utroq; cõpertũ habemus: infra suo loco dicemus.Sed quũ hi quos diximus:illuc conuenissent: catilina eos seduxit: atq; ita locutus est.



IDES Vestra incredibilis: uirtusq; tanta: quantã ego in uobis sensi esse:animum meũ erexit: spẽq; attulit non modo libertatis recuperandæ:uerũ etiã dignitatis pristinæ ampliandæ.Namcũ intueor:& cõtemplor unum quẽq; uestrũ:uideo in hoc numero neminem: qui non facinus aliquod preclarum ediderit: cui mea salus nõ cara fuerit:cuius non extet in me suum:aut meũ in se meritum: cui non sim astrictus memoria beneficii sempiterna.Itaq; non extimesco uobis nunc quid sentiam aperire: atq; ea minime uereor:quæ dixero:qn unusq́sq; uestrum puirili parte adimple

re conetur. Vetus.n est lex iustæ ueræq amicitiæ: que mihi uobiscum iam diu est: ut idem amici semper uelint: neq ullum est certius amicitiæ uinculu quam consensus: & societas consilioꝝ & uolūtatum. Atq eo mecum in hac causa uoluntas uestra quā in cæteris cōiunctior esse debet. Q d hæc quæ fecere ardet animus: uobis æque mihi esse bona malaq itelligetis. Sæpe mihi cogitanti de nostris miseriis: in quibus tot annos uersamur: & ut uideo uersabimur: nisi uester: prudentissimus animus aliquādo puiderit: Solet in mentem uenire: quæ uita nostra futura sit in nos metipsi uendicemus in libertatem. Nam postea q̄ quodam sceleratorū imanitate omnis.r.p. paucoꝝ hominū dictiōi iuditio potestanq permissa: & condonata est: hiq solū plus posse cœperunt: quam uniuersus.P.R. quā multa & diuersa mala tulimus & ppessi sumus: cōmemorare nō est necesse: uos metipsi recordamini. Nam ut omittam uniuscuiusq nostrū casum recensere: uno aspectu intueri potestis: nos omnes nobiles: strenuos: fortes: qui & pro.r.p. maxima sæpe & ingētia suscepimus pericula: amisso patrimonio miseros atq agētes: mœstos: sordidatos: reos de capite: de fama: de ciuitate: de fortunis contendētes Eos aūt qui omnia diuina & humana iura uiolauerint: uexauerint: perturbauerint: non solum diuites / alacresq uolitare Sed quacūq uelint summo: cum imperio iuditioq omnium rerum uagari: fortissimis atq optimis ciuibus periculum moliri: de se nihil timere. potestatem deniq regiam habere. Verbum mihi grauius decit: cū hanc ego potestatē regiam appello. Sed pfecto maior est quedā. Quod.n. regnum fuit unq̄: quod plures uno tempore reges haberet. Quis autem rex unq̄ fuit tam insigniter potens: cui regum constituendoꝝ esset potestas. Hi omnes puintias obeundi: liberos populos agris multandi: regnorum uel dandoꝝ summū habent iuditium. Semp istis omnis orbis terrarum reges: tetrarchæ: exteræ nationes uectigales fuere. Itaq penes istos omnis est potentia: gratia: diuitiæ decus honores. Quoꝝ pfecto cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse uidetur. Quod si potentiā illi: si diuitias solū: si honores quærerent: essent illi quidem graues. Sed tamē essent ferēdi. Hoc uero quis ferre possit: illos pecore: auro: argenteo: ebo /

remeste:supellectili caeteris rebus abundátes nobis omibus re/
bus egētibus:nobis diu/multisq; iactatis iniuriis insidias quoti
die struere:nobis lucis hanc usuram plená lachrimarū atq; moe
roris eripere conari. In nos em̄ minae iactanť:pericula intēdun
tur:formidines opponunť:iudicia nobis atq; repulse parantur.
Q ue quousq; tandē patiemini fortissimi uiri. Nō ne milies pe
rire est melius:q̄ in sua ciuitate abiectū:contēptum:despectum
a ceteris:a te ipso desperatū & relictū/horrentē:trementē:difiden
tem rebus tuis.sine uoce/sine libertare/sine auctoritate/sine ulla
spetie liberi homis uiuere. His uero esse subiectos: quib9 si res
publi.aliqua esset:terrori essemus. Expergiscamur igiť aliquan
do fortissimi uiri:patriū animū:uirtutemq; capiamus. Maiores
nostri tarquiniū superbū r̄gem nō tulerūt:nos non unum regē.
Sed plures crudelissimos tyrannos ferre possumus? Equidē nō
deero:monebo:predicabo:denūciaboq; semp quid sentiā:tem/
pusq; nullum dimittā:neq; diurnū:neq; nocturnū: quin deliber/
tate nostra cogitandū sit:cogitem:quod agendū sit:atq; faciendū
id non mō:non recusem sed appetā atiā atq; deposcā:faciam de/
niq; illud:qđ est dignū Romano homie:ut ꝓ libertate uitam in
discriminū adducā. Sed testor deos atq; homies uictoria nobis
certa in manibus est:si mō uiri esse uolumus. Adsunt summo
studio:uirtute:cōcordia syllani milites:quorū subito aduentu fir
mū repēte habebimus exercitū:pari studio & amore recuperan
de libertatis ꝯspirauere nobiscum. Gn. piso. & P. Siccinius Nu
cerius fortissimi uiri:quorū alter in Hispania citeriori magnū
habet exercitū:alter in mauritania adest cum impio. Hos in cō
siliis capiēdis socios: in reb9 gerēdis firmissimos adiutores ha
bebimus. Ceteri uero homines dii in mortales ad recuperādā
libertatē qua frequētia/quo studio/qua uirtute cōsentiūt. Omit/
to hic ego eos/ciues/nobiles: qui amisso patrimōio miseri atq;
egentes hanc tantā ciuitatē/paucorū hominū iudicio & potesta/
ti subiectā uix ferre possunt. Et em̄ quis est fortissimi uiri:cuius
non diuitie/decus/honores/ꝓuintie/sacerdotia/magistratus im
peria/non cara/atq; iocūda sint? Q uid ego tenuissimorū hoim
studia cōmemorē:qui infelices ingēti ere alieno oppressi:& in
finitis exagitati iniuriis nisi ciuili bello salui esse non possunt, q;

Sed qd hosce homies cōmemoro:quos ad bellū egestas: quos priuatæ iniuriæ:quos iudiciorū metus & necessitas impellit:Cuius est mehercule nemo extra istam dñationē potētissimorū hominū:qui nō istis crudelissimis tyrānis obstare cupiat. adsunt p libertate recuperāda nimiū multi:plenū est forū istorū hominum: plenæ sunt italiæ urbes: excitata est italia cuncta.omniū ordinū homies deniq omniū ætatum sentiūt unum atq idem.Ad hæc præsidia accedūt istorum apud exteras nationes inuisæ opes:inuidiosa potentia:consularis ptās:qua me pximis comitiis(ut spero)uidebitis ornatum.Dubitatis igit me cōsule duce:animis militū incitatis:cōspirante italia tota libertatē uestram recuperare. Hanc occasionē oblatā tenete per deos imortales fortissimi uiri:& uos Romani principes esse aliquādo recordamini.Tēpus habemus tale:quale nemo habuit unq̄.Nullū erit tempus hoc amisso:nimiū diu uos hortatus sui: nihil est q̄ amplius moneam:nemo est tam stultus:qui nō intelligat: nos aliter saluos esse non posse.Quapp necessitas pericula magis:& belli præmia amplissima:uos excitēt:quā oratio mea.uel ducem:uel comitem:uel utrūq potius habebitis me:neq animus:neq corpus unquā deerit.Quamq̄ animus mihi quidē nunquā defuit:tēpora autē defuerūt:quæ simul ac primū aliquid lucis ostendere uisa sunt:princeps exiti uestræ libertatis recuperandæ.Itaq me cōsule principe:uobis auctoribus:& ducibus:diis iuuātibus erimus pfecto breui tēpore liberi:nisi seruire malumus:q̄ ne fuiamus:animis armisq decernere. ¶ Hæc cū dixisset: Catilinaq omes laudibus in cœlū extollūt: gratias agunt:approbāt consiliū plerisq etiā petētibus quæ cōditio belli:quæ ea pmia cōiuratōis futura sint.Catilina primuq pollicet locupletū cædes:nouas tabulas: puincias:magistratus:honores.Deinde totius belli ratōnē descripsit.Postremo eos hortatus:ut sibi in petitione csulatus maxie studerēt.se inuicē cōplexis datisq dextris cœtum dimisit. Nō omitto hoc loco qd Liuius & Salustius memoriæ pdiderunt.Catilinā post habitā concionē cum furoris sui socios omni fœdere & iure iurādo sibi ad hoc scelus astringeret:uinū humano sanguie psusum in crateris cū primū ipse libasset:hoc deind socius degustandū dedisse. His addiderunt quidā alii scriptores

id foedus non humano sanguine ictum: Sed etiam gustu cat/
nium cuiusdã uiri a Catilina interferri sancitum esse. Atq; eo cõ
silio id fecisse tradunt: quo magis illi inter se ꝑpter tanti acino/
ris atrocitatẽ fidi essent. Ficta hæc quibusdã aliis: & incredibi
lia ꝑpter magnitudinem sceleris uidenẽ. At ego nõ solũ ut hoc
factũ existimẽ facile adducor: ueruũ etiã illuz nõ iccirco hoc fe/
cisse arbitror: ut illi magis inter se essent fidi. Sed illuz credo: ꝙ
ꝯiuratos docere uoluit usum: exẽplo ferarũ: quibus nullas aiũt
esse capitaliores: quã quæ semel hũnas carnes degustauerit. sic
cum illi semel humanũ sanguinẽ bibissẽt: nullũ esse postea faci
nustam acerbũ & scelus tam imane: qđ illi timere: aut horrere
deberẽt. Adducit me in hanc opinionem illud: quod a magno
quodam auctore accepi. Catilinam inductũ a uatibus aquilã
quandã argenteã. quam. C. Marius bello cimbrico habuisse cir
cumferebatː fatalẽ semꝑ ad perniciẽ reipu. ac funestam credidis
se: cui legimus erectas ab eo aras: & domi suæ sacrariuz quod/
dam fuisse ꝯstitutũ. Et eam ad facinus obeundũ tanq̃ numen
aliqđ uenerari solitũ. O/crudelitẽ inauditam illorum temporũ
repertos esse quosdam in figura hominis: qui imanitatem ge/
rerent beluarum. Interim cum comitia haberi cœpta essent: sep
tem apparuere consulatus cõpetitores/duo Patricii. L. Catilina.
P. Galba: plæbei quatuor: ex quibꝰ duo nobiliores. C. Antoni.
M. Antonii ingeniosissimi atq; eloquẽtissimi oratoris filius. L.
Cassius longinius. qui insuperiori nefario hominum cœtu in/
terfuerat. Q uin. Cornificius. C. Licinius sacerdos: unus eque/
stri loco natus. M. T. Cicero: his generis nobilitate inferior: cæ/
terum ingenio: consilio: eloquentia: magnitudine animi lon
ge superior. Is cum questor: ædilis curulis: prætor: maximo
populi studio: & fauore factus ẽẽt: cum ei primum per ætatem
licuit cõsulatum homo nouus sua uirtute confisus: petere cepit.
Nam antea illum locũ cuncta nobilitas præsidiis firmatũ: om/
niq; ratione obuallatũ tenebat. Et longo iam temporũ interual/
lo consul homo nouus factus erat nemo. Sed ex his Cassius
Galba: Cornificius: Licinius fmissiores in petendo erãt ac pro
re iacebant. Catilina autem magna spe inflatus cursare circum
tribus diuisores appallere omnes: & conuenire. M. Tulliũ

Ciceronē ꝯtemnebat:& secum peregrinū negabat equo iuditio posse certare. Antoniū collegā suū numerabat nō cōpetitorē. Co ierant.eñ ambo:ut Ciceronē ꝯsulatu deicerēt adiutoribus usi firmissimis. M.Crasso &.C:Cæsare. Ardebat acerrime tunc ambitus. Nam Catilina & Antonius ingētibus largitiōibus ad cō sulatū incūbebant. Q uapp cicerone uerba de hoc in senatu faciente decreuit Senatus:ut ferret noua lex de ambitu:augeretur q illius pena. Huic.S.C.cū intercessisset. Q.Mutius orestinus trib.pl.illiusq intercessionē:Senatus grauiter molesteq ferret: surrexit. M.Cicero & grauiter. Q ui. Mutiū corripuit:ac in.L.Catilinā &.G.Antoniū uehemēter est inuectus multis ac secundis admurmuratōibus cuncti Senatus. Illudq diuinitus in ea orōne ꝑuaticinatus est:cum catilinā alloqueretē:qui paucis diebus ante ꝑuaricatiōe repetūdarū fuerat absolutus O miser qui non sentias illo iuditio te nō absolutū:uerum ad aliqd seuerius iuditium ac maius suppliciū reseruatū. At eodem tēpore quo comitia habeantē:serperat rumor in uulgus:inita esse aqbuida ciuib9 ꝯsilia opprimēde.R.P.senatus interficiēdi. Huius aūt sermonis fons & caput fuerat.Q. Curtius Catilōnīū ꝯiuratorū:socius ac particeps:q libidinis cōmerciū habebat cū fuluia muliere nō solum nobili:Sed etiā nota. Is aūt ut homo erat singulari luxuria inertia atq uanitate:ut eam spe cōiurationis magis sibi obnoxiā redderet:cōiuratorū illi cōsilia om̄ia aperuit. Sed ut natura mulierum est:que neq arcana reticere:neq occulta celare possunt flammāq facilius mulier ore in ardenti opprimeret quā ut Secreta teneret Sic fuluia om̄ia:que a curio audierat suppressis cōiuratorū nominib9 cōpluribus narrauit. Hec res magno ciceroni cōsulatus adipiscendi fuit adiumēto. Nam omes qui illam ab.r.p.pestem depellere cupiebant.ad M.T. Se statim ꝯtulerūt uelut ad homine natura cōstitutū ad amplexandū ociumːSciētia ad bellum gerēdum:animo & usu ad quod uis aliud negotium Comitiis igiē habitis:cicero cunctis suffragiis tantoq populi cōsensu cōsul factus est:ut eo modo pauci nobiles cōsules facti sint:nouus autē ante illum nemo. Antonius Catilinā paucis centuriis superauit. Is quāquam infamia laboraret. Nam & in syllana uictoria parum abstinēs est usus & Achaiam spolia

uerat:diripuerat:ob idq; in iudicium uocatus cām dicere recusa uit. Grandeq; ex alieno cōflauerat. Deniq; probri causa accēto/ ribus senatu motus fuerat. Tamen partim quia ceteri cōpetito res(ut diximus)languebāt:partim et ppter egregiā patris me/ moriam paulo speciosior manus quam Catiline est suffragata. ludi quoq; Antonio ad consulatū adipiscandū admodū profue runt: quos ipse primus omniū romanorum argentea scena ap/ paratissimos ac magnificētissimos fecit:quē postea imitatus.L. Murena anno sequēti usus etia; ipse argentea Scena ludos ma ximo splendore & elegātia populo edidit. Delectāt uehemēter populū ludi Quare Cicero il le uir eruditissimus & a uulgi op/ nione remotus:qui etiā trinos ludos ædilis fecerat:tamē in pe/ titione cousulatus se quoq; dicit habuisse Scenā conpetitricē A/ Catiline furor:& si petitio haud prospere cesserat:non minuit. Sed indies plura parat:temptat:sollicitat.per italiam arma opor tunis locis distribuit.C. Mallium quendā audaciæ sue satellite mittit in etruriam ad sollicitādos syllanos milites: & ad exercitū parandū:eumq; iubet in ante diē. VIII.Kal. Nouembriū esse in armis Se se inpximū annū(qm fortuna esset sæpe dña capi) Iterum cousulatū petere uelle:interea Ciceroni insidias tendere & optimatū cædem parare.Sed ille paucos post menses factus est reus inter siccarios.a.L.Lucullo clarissimo uiro & ad dicen/ dum paratissimo.Absolutusq; est magno sniaru; numero mul tis illum ornatissimis uiris defendētibus. Hic est ille uir megnus L.Lucullus:qui bellū gessit cum potētissimo Rege Mithridate Ex quo bello cum uictor redisset:& calūnia inimicorū per trie/ nium iam triumphare esset impeditus:egregria Ciceronis con sulis opera nobilissimo curru triumphās in capitoliū aductus est.Fuitq; postea ad extinguendā istam funestā ɔiurauōis facem maximo.M.Ciceroni adiumēto.At.M. Tullius postea quam. Kal.Ianu.accepisset.r.pu.plenā sollicitudinis plena; timoris sui spitione legis agrarie:Senatum & omēs bonos maximo metu liberauit.Nōnulli eñ trib.pl.legem agrariā ferre conātes de de cem uiris cum impio creandis ɔmulgauerāt:qbus lege ɔmitte batur per totum orbem terrarū summo cum imperio uagari:libe ros populos agris mulctare:regna adimere a quibus uellent:et

reges appellare quos uellẽt:de omnibus gentibus cognoscere:si ne cõsilio mulctare:sine ꝓuocatione animaduertere:iudicare per quinquẽniũ:et de coss:& de trib.pl.permittebãt:interea de illis iudicare nemo poterat:esse Romæ poterãt: cum uellent:abesse cum eis cõmodũ esset. Deinde agrum cãpanũ & stellatẽ:agros bythiniæ agros qui in paphlagonia:qui in ponto:in Capadotia qui in Macedonia:in Alexãdria: in Africa: in Hispania:publici erant:licebat eis diuidere:atq; uendere. Poterant præterea con lonias deducere nouas:renouare ueteres:infinitaq; potestas eis dabatur inumerabilis pecuniæ conficiẽdæ. Et uerbo quidẽ decẽ uiri re autẽ uera decem domini orbi terræ constituebantur. His tum legibus maximus iniectus est terror patribꝰ:& plebs erat in maximarũ largitionũ spẽ & nouarũ rerum adducta. Multaq; hæ ciuitatis perturbatiões Catilinæ erant oportunæ:nascẽq; coniurationẽ maxĩe iuuare potuissent:nisi cos.prudẽtissimus anius huic rei prouidisset. uocatis nãq; Cicero illis insenatũ tribunis: eos ita grauioribus uerbis corripuit:ut Rullus homo audacissimus pertimuerit:loquacissimus obmutuerit. Deinde cũ illi se apud populũ uehemẽtius iactarent: & eos populus in cœlũ ferret:habita postea Cicero grauissima cõcione cum eam legẽ populus uehemẽter ꝓbaret:sic mẽtes hominũ permutauit: eam legem adeo plebis utilitati aduersam: & alienã docuit:eam adeo dissuasit :ut nihil tam populare uideretur:quam dissuasio legis agrariæ. Tum plebs statim legem imꝓbauit: auctores legis ferrendæ ꝯseruit:ꝯtempsit:uituperauit. Sic lex agraria:que semper plebi fuit grata:que tot ac tantas excitauit tẽpestates: tota Cice/ronis cõsilio atq; eloquẽtia repudiata:atq; abiecta est. Tãta erat eius indicẽdo iocũditas:tãta uis:tãta copia:ut qđ ille uellet dicẽdo ꝯseq posset. Ehu ꝑditionẽ huiꝰ secl'i. Qui nũc ꝓcepta eloquẽtie tradere sunt conati:ꝑpe iam soli in scolis relicti sunt. Omnesq; hoies studio quodã pecũiæ ad ius ciuile iter arripuerũt. Ex quo euenit:ꝙ oẽs ĩfantes sumꝰ:& ꝙ mẽte ꝯcepimꝰ explicare nequimus. Sed iã ad institutũ nrm̃ reuertamur. Repudiata lege agraria cõs.intẽtus mederi.r.p.cũ mlta turbulẽta ꝯsilia ꝯtra reip statũ & ociũ parti inirĩ:partim se ꝯsule designata eẽ dicerent: In eo oẽs dies noctesq; ꝯsumebat:ut q essent huq hæc agerẽt:hæc me

tiret:scire posset. Itaq; cũ illi9 rumoris fontẽ diligẽtissime inq/
rens fuluiã auctorẽ iuenisset eam occulte ad se uocatã/iussit:ut
ea quæ sciret de ɔiuratiõe indicaret:pmia pollicet:interdũ etiam
nisi sibi rem apiret qõnes & tormenta minat.postea ꝙ fuluia
id se a curio audiuisse dixit:ɔfestim curiũ ad se uocari iussit. Et
crebro rogãdo:sæpe monẽdo:sæpissime aũt pollicẽdo:interdũ
etiã minitãdo pfecit:ut.Q.curius totũ sibi seriẽ atq; ɔiurationis or
dinẽ aperiret. Cuĩ Cicero.curiũ hortatus:ut ɔiurationẽ uehemẽ
ter simularet:illũ a se spei plenũ dimisit.Sed cõsul ut cõperit Ca
tilinã principẽ ɔiurationis:timẽs ne Antonius collega homo tur/
bulẽtus & Catilinæ maxie familiaris cũ illo ɔsentiret:ac ɔspira/
ret(senserat eñ iam illũ a Catilina.tẽptari:& illũ nõ inuiti de cõ
iuratiõe audire:)eum icusare nõ desistebat: ut magnã ifamiam
fugeret:& illũ ad cursũ ueræ laudis incitare:hortari ut cum bo
nis ɔsentiret:& ut eã teneret uiã:quã a maiorib9 suis trițã accepis
set:tandẽ illũ sapiã atq; obseq̃o suo a ɔiuratorũ cõsilus remouit:
& ad suã traduxit uoluntatẽ.Erat tũc Ciceroñs decreta ex senatus
auctoritate ɔuicia gallia seges ac materia triũphorũ exercitu &
pecunia maxie istructa & ornata.Sz ille plus existimauit se rei.
pu.ɔfuturũ:si eam a domesticis liberasset isidus:quã si illã ɔuin
ciã.r.p.ɔbiecisset:neq;.n.maior ẽ uirt9:ɔpagare fines iperii:quaz
partos tueri:nec maiores sũt bellicæ laudes ꝗm urbanæ.iste.n.
in ɔsilio & sapia:ille in manib9 fortũe sũt positæ.Q. uapp cõs.ad
uocata ɔciõe dixit:se ꝗm ita exist imabat tpa.r.p.poscere in ɔ/
uinciã ɔficisci nolle. Et ne ei9 collega ad defẽdendã.r.p sibi eẽt
ipedimẽto:sua uirtute pfecit:ut Antonio ɔuinciã dcerneret.Q. d
si eo tpe Cice.Antoniũ nõ a Catilie ɔsilus:non ab urbe specie q̃
dam honoris ɔpulisset:dicã id qd̃ sentio:pfecto nõ sine mlto sã
guine ɔiuratio fuisset ɔflicta.Et ꝗm a Catilia quotidie sibi isidi/
as parari uidebat:sp ille stipat9 incedebat amicoꝶ ɔsidio:ac de/
lectos quosdã adolescẽtes rẽatinos circũ se freq̃ntes hẽbat.Q. uib9
ad custodiã sui capitis utebaẽ. Deiñ eq̃tes. R.cũ senatu ɔiũxit.q̃
res cũ oĩ tũ illo turbulẽto.R.P. tẽpore maxie salutaris uisa est.
Nã ãtea eq̃ster ordo a senatu disiũct9 grauissias mltos ãnos cũ
illo ordie exercuerat ɔtẽtiões ac discordias.necesse ẽ.n.ubi i ali
q̃ r.p.pl'a iterse dissidẽt corpa:nõ solũ seditões oriri ꝗ pestifera ẽt

bella ciuilia nasci. Mihiq̧ iam minime mirꝝ uidet:Si Catilina ad pturbandā.r.p.accessit:cum illum ad hoc sua natura incitatā tot res incitarēt:ardentē inflāmarent.Accedebat ꝙ eodem tem/ pore ꝓscriptorū filii petebant magistratus:qui si essent honores adepti cōiuraturi pro certo cum Catilina uidebanť.Q uapp il/ los cōsul suis inimicitiis nllo ꝓposito ꝓmio comitioꝝ ratione priuauit.His rebus sic peractis nondū consuli tempus uidebať de cōiuratiōe ad senatū referendi Itaq̧ ille sese a Cat.insidiis nō publico presidio:sed priuata diligētia defendebat:eius consiliis quotidie occurrebat:audaciā debilitabat:sceleri re sistebat nullo tumultu publice ꝯcitato. Sed quāto consul plura prouidebat:tā/ to magis cōiuratio indies cōualescebat. Et eñ nullus erat iam in urbe uicus:nullus angiportus: in quo Cat.nō instaret:appel laret:tentaret:sollicitaret Et ut ad id qd optabat pueniret:frigus: sitim:famez:laborē tollerabat.Sed maxime iuuentutē excitabat Eorum alios ipse amabat:aliorū amoribus seruiebat:aliis scor/ ta:aliis equos parabat:studio armorū non nullos erudiebat:pe cunia multos:blādiciis plures & assentatōibus tenebat:& si q̄m robore animi:& uirtute preditū uidebat:primū eum uirtute ca/ piebat:deinde studio & ꝯsuetudine paulatim in omnē cupidi/ tatem precipitē agebat.Et eñ mores homibus non a natura ipa (ut aliqui falso putant)& a stirpe generis. Sed ab iis plerumq̧ suppeditanť quibꝰ cum uiuimus:atq̧ uersamur. Erat ille(sicut diximus)mira quadā arte preditus ad excitādas adolescētium cupiditates:a quo nō modo ætas illa:que lubrica: atq̧ incerta ē sed etiam iam corroborata capereť.Hac ille tam mltiplici natu ra numerū quotidie cōiuratorū augebat.Compertūq̧ habeo ea tempestate Cati.non solum uiros sibi ad hoc facinus asciuisse. Sed etiā mulieres quasdā nobiles:que petulāter:effuse: libidino se:& meretricio more uixerant:huius consilii participes fecisse. per eas ille sperabat:posse sibi aut eoꝝ uiros adiungere:aut eos qui cōsentire nollēt:interficere Multa preterea occulte molieba tur:nocturnos agebat cœtus cōs.semp insidias parabat.Scutoꝝ gladiorū:frenorū:sparrorū:pilorumq̧ magnā multitudinēq̧ cō/ flau erat. Neq̧ tamen his tantis rebus Catilina impediebať qui minus toto animo cōsulatus.petitioni seruiret.Sed alacer atq̧

lætus stipatus choro iuuẽtutis sæpe supplex ambire populũ:tri/
bulibus submittere se:polliceri multa: crebro supplicare: ultro
se offerẽtes rogare: paternos amicos appellare omnes/& con
uenire:non nullorũ nobiliũ frequẽtare domos:uiam sibi his ar
tibus ad consulatũ munire. Tum cõsul duplici cõmotus malo
& ꝙ uidebat se nõ amplius priuata diligẽtia rempu.posse tueri
& simul cogitãs quã periculosum esset reiPu.si Cati.consul fie/
ret:ↄstuit rem ad senatũ referre:prorogare comitia:Catilinæ cõ
iurationis inuidiã conflare:quo eius petitioni obesset Nam ru
mores etiã falsi & fabula nõnunq̃ ficta ꝑturbat omĩa:totãq̃ suf/
fragatorũ cõmutat opinionẽ.Cõuocato igiẽ senatu docet a Cati
lina & a quibusdã eiusdẽ sceleris atq̃ amentiæ sociis initum cõ
silium opprimẽdæ.r.p. senatus interficiẽdi ciuium trucidãdorꝫ
Tum factũ est.S C.ne postero die comitia haberentẽ:ut de his
rebus insenatu agere possent. postridie cõsul multa in senatu ð
cõiuratione patefecit:& Catilinã interrogauit:si qd uellet de his
rebus:q̃ ad ip̃m allatæ essent:dicere. At Catilina quãq̃ totus essꝫ
ex fraude & mendacio factus:quiq̃ ea uitia:quæ a natura hẽbat
studio quoq̃ & artificio augebat:tamẽ cõscientiæ stimulis actus
nõ tam se purgauit:quã indicauit & induit.Tũ.n.dixit duo cor
pora eẽ.r p.unũ ðbile ĩfirmo capite:alterũ firmũ sine capite:huic
cũ ita de se meritũ eẽt:caput se uiuo nunq̃ defuturũ.corpꝰ debi
le infirmo capite appellabat bonorũ consensum:quẽ ab impro/
bis significare uolebat cum eum tũc ducẽ haberent facile frangi
supperariq̃ posse.At senatus ea tum usus est mansuetudine uel
potius patiẽtia:ut nihil pro his rebus cõtra Catilinã statuerit:pre/
sertim cum idẽ ille paucis diebꝰ ante Catoni ꝑpetuo iproborũ
hosti iudiciũ minitãti respõdisset:si quod esset incendiũ in suas
fortunas excitatũ id se non aqua/sed ruina restincturũ.Sed ideo
fortes indecernendo nõ erant:partim q̃a nihil timebant:partim
quia timebãt:nõnulli q̃a fauebant.Audio tñ ꝙ multũ nocuit Ca
tilinæ petitiõi rumor iste per urbem sparsus quãuis falsus a plæ
risq̃ putaretẽ. Interim urgẽtibus cõsularibus comitiis Catilina pa
ratis ut uidebaẽ magnis copiis cõstituerat:si consul fieri non po
tuisset:in campo cædem facere:& eius ↄpetitores Seruiũ/Sulp
tium:postumiũ:L. murenã. D.syllanum. Sed maxime.M.T

D

cõsulē interficere.Sed consul adueniente comitiorū die descen
dit in campum magna stipatus amicorum caterua:et cum qua
dam lata,fulgentiq; lorica:non quæ illum tegeret. Nam Catili
na non latus:aut uentrem.Sed caput & collum solebat petere:
uerum ut omnes boni animaduerterēt & cum in metu:& peri
culo consulem uiderent :id quod postea factum est ad: opem
præsidiumq; concurrerēt.Sic consul tectus amicorum præsidio
& copiis Catilinæ compressit nepharios conatus.Sed consules
facti sunt.D.syllanus:&.L.murena:quem postea a Seruio sul
pitio & a.M Catone ambitus accusatum Cicero consul defen
dit:& eius extat oratio pulcherrima:que p.L.murena inscribit.
Catilina posteaq; se consulē uexare.r:pub.non posse uidet: cō
stituit priuatus facere bellum.Itaq; pecuniā quātamcūq; accumu
lare poterat:ad mānliū fesulas exportari curabat:& ad eum secu
res:fasces:cornua:tubas:arma: signa militaria: aliquilā etiam il
lam argenteā præmisit:cui sacrarium catilina domi suæ fecerat.
Missi sunt pterea ab eo.L.Septimius in agrum Picenū &.C.Iu
lius in Apuliam:alius in agrum camertē:in Gallicū quidā ali
us:ut eas regiones pturbarent.Has em̄ oras maxie quedā qua
si cōtagio huius sceleris puaserat.Ipse Romæ multa moliebat
postremo decreuerat magna manu.VI.Kal.no.impetū in curi
am facere:& trucidato cōsule & senatoꝝ magna parte interfecta
ad manliū in castra pficisci.At.M.Cicero cōsul noctes atq; dies
uigilās his rebus cognitis senatū circiter.XIII.Kal.no.frequen
tem coegit.Incipit alto petito proemio Cati.exponere nepharia
consilia:docet eum operas & manū ꝑparasse Senatus interficiē
di causa:premissum ab eo in etruriam.C. manliū dicit ad exer
citum parandū:eumq; in ante diem.VIII.Kal.no u. fore in ar
mis &.C.Iuliū in Apuliā ad solicitādo pastores.Se nō manliū
aut iuliū timere.Sed eos uereri:quos uideret quotidie uolitare
in foro:quos etiā in senatū uenire:& ab eis cædes atq; incēdia et
interitū r.p.parari.Monuit deinde diligenter senatū:ut ea q̄ im
minerēt pericula circūspiceret:ut cōsuleret patriæ:ut.r.p. cōserua
ret:nisi prouideret:nō legē agrariā:aut aliquā usitatā seditionem
parari:aut auditū aliquod aliquādo malū.P.R.quæri.Sed ini
ta esse consilia urbis inflamandæ:ciuium trucidādorum:nomi

nis Ro. extinguēdi. Nullā dicebat esse nationē:nullūq regē:qui po. ro. bellum facere posset:nullū esse externū periculū. Intus es se insidias:intus pestem inclusam:intus equū Troianuq: a quo nunquā se ꝯsule dormiētes opprimerent:hostē non esse ad portas:quod grauissimū esset. Sed in urbe/in foro/in curia. Exposuit postea remedia:qbus huic tanto malo posset mederi. Ad extremū monuit cōiuratos:ut desinerēt furere:desisterent sibi insidiari:cædes atq incendia & rapinas cogitare:in. r. pu. coss. esse uigilātes:egregios magistratus:esse quosdā fortes atq amātissimos. r. pu. uiros: qui acrius incumberent ad salutē. r. pu. quā illi ad ꝑniciē. desisterēt se cōsu. locupletū cædes sperare:nam cū omnium cōsulū grauē in custodiēda. r. p. curā & diligentiā esse debere:tū eorū maxīe:qui nō statuis & in maginib9:atq cōmendatione maiorū. Sq. p. r. bñficio coss. eēnt facti. Eos nihil agere:nihil moliri:nihil cogitare:qđ ipm lateret. Scire se quē ad capiēda arma i ætruriā misissēt:quē i apuliā:quē i agrū picenū:quē i gallicuq. Errare eos uehemēter:si suā lenitatē ꝑpetuā sperarāt futurā. Se multa tacuisse: multa ꝑtulisse: Seueritate modo opus esse: ad id se habere exempla maiorū:qui per sæpe priuato cōsilio ꝑniciosos ciues interrimissent. Addebat se multum mirari:si illi honeste uiuere non possent:cur turpiter potius perire uellent. Postremo non solum homies dixit. Sed etiam deos omēs uniuersos huic tantæ immanitati restituros. Tum senatus quamq multi erant:qui ea quæ consul deferret ꝑpter magnitudinē sceleris nō crederent:multi qui ꝑpter stulticiam non putarent:multi qui ꝑpter improbitatē fauerent:tamē dequorundā fortissimorum uirorum sentētia decreuit:ut darent operam cōsules:ne qd . r. p. detrimēti caperet. Hoc senatus consultū nunq fieri solet nisi in ꝑniciosis legibus:in secessione populi:in maximis ciuitatis perturbationibus:& seditionum metu. Atq hoc uno uersiculo maxima magistratibus Ro. permittitur potestas: delectum habere:bellum gerrere:domi militiæq ius summū habere. Venit dies. VI. kalen. nouem. Catilina:quod animo conceperat: dispositis a consule circa palatium præsidiis ad implere nequiuit. Cito aliud facinus sibi uenit in mentem. prænestе oppidum est ab urbe non multum distans ipsa natura ac loco sa

tis munitũ:id Catilina constituit propter plurimas belli oportu nitates. Kalen.nouem. nocturno impetu inuadere. Sed consul hoc anio ꝓspiciens illam coloniã armatis homibus cõpleuerat Quãobrem Catilina id facinus frustra suscepit. Sed antea acci dit res (credo id factũ benignitate deorũ) que Catilinę animũ aliquãtulum ꝑturbauit. Nam Gn.Piso:de quo supra diximus: in quo Catilina spem magnã victoriæ habebat a quiausdã Hispanis equitibus:siue ut (quidã alii dixerũt) ab equitibus Pompeianis occisus fuit. Vtrum attulerit ipsius interitus plus cõiuratis doloris:quã bonis et lætitię voluptatis: iudicare difficile eẽt. Hæc dum agunt:Manlius in etruria promissis sollicitabat plebem sullani tẽporis calamitate percussam: & nouarũ rerum cupidam. Oĩes præterea latrones/pastores:& cuiuscũq; gñis homines:quos bello usui fore credebat: in eãdem spem rapinarũ impellebat:exercitũ magnũ cõparabat confluẽte colonorũ/aretinorũ:& fessulanorũ multitudine: qui memores syllane uictoriæ:et assueti rapere ciuile bellum exoptabãt. Illi etiã:quos antea Catilina in diuersa loca miserat:multa machinabant. nam cum nocturnos agerent cõuentus:arma & ferramẽta pararent:sollicitarent seruitia:perditos homĩes ad uim:ad cædem:ad direptiõnem incitarẽt:oportuna loca armata manu obsiderent: plus illi terroris hominibus:quã periculi afferebãt. His rebus Romæ auditis ciuitas cuncta ꝓmota plena erat sollicitudinis:plena timoris nihil erit mali:nihil aduersi:quod nõ boni metuerent:improbi expectarẽt Catilinæ uoces:& eius minæ ferebant:eius aspectus cõcursatio:stipatio:greges hominũ perditorũ: metũ urbi seditio nesq; afferebant. Versebant ante omniũ oculos supiores oĩes ciuiles dissensiones:miseræ capitũ obtrũcationes:bonorũ direptio:forum acceruis corporũ & ciuium sanguie redũdans sollicitam ciuitatẽ & suspẽsam metu harum rerum memoria faciebat Augebãt populi timorẽ ostenta atq; ꝓdigia. Relatum enĩ fuerat M. Herreniũ municipem Pompeianuꝫ sereno die fulmine percussum expirasse. Visas esse in aere nocturno tempore flãmas: mirabileq; cœli ardorem:strepitus armorũ: fulminũ iactus:terremotus horribiles cum qbusdam multis metuẽdisq; rebus esse factos. Nam & defecisse lunaꝫ:& solem plus solito flãmato at/

dore fuisse auctor est. M Cicero ĩ secũdo ď ꝯsulatu. Apparuisse ꝓterea cometas & uarias de nocte uisas esse terribiles formas: atq; ꝑcipiti astorũ motu concursuq; graui stellarũ significatã esse istam cõiurationẽ idem in eodẽ libro scribit. Ea uẽ magis mẽ/tes hominũ ꝑmouebãt aruspicũ responsa. Nam cum. L. Cotta L. Torquato coss. cõplures ĩ capitolio turres de coelo essent ta/ctæ: statuæ deorũ imortalium: & antiquoꝶ hominũ fulmine dis/iecte in terrã cecidissent: signũ ẽt Romuli cuȝ altrice lupa de coe lo esset ꝑcussum: & legũ æra liquefacta essent. aruspices in cen/dia: cædes: rapinas: templorũ uastatiões: bellum intestinum ma xime cruentũ: & acerbissimũ seruitutis iugũ. P. R. portẽdi respõ derunt. Itaq; statuã Iouis mira magnitudie fieri: & illã in culmi/ne arcis capitolinæ ad oriẽtem uersus. ut forum & curiã specta ret: collocari iusserũt: quo signo collocato fore sperabant: ut Iu/piter ille oĩa circũspiciens perditorũ hominũ consilia detege/ret. Oẽs igĩ trepidãtes: festinãtes: ut plerumq; in periculo fieri solet: orarẽ deos: numẽ colere: supplices matres familias ad aras cõfugere: uota facere: lamẽtari: infantes: pueros miserari: q̃cquid increpuerit Catilinã: & Manliũ timere. Tum factum est: S. C. ut si quis cõiuratõnẽ: q̃ contra. rem pu. facta esset: indicauisset: si ser uus esset libertatẽ haberet: & C. Sextertia: si liber impunitatẽ eiꝰ rei et ducentamilia Sextertia: decreuit Item senatus: ut ꝑ urbem ꝓsidia distribuerent: & ꝑ minores magistratus haberent uigiliæ Item. Q. martiũ fesulas. Q. metellũ Creticum in Apuliã: præto res. Q. Pompeium Capuam. Q. Metellũ Celerem in agrũ pi/cenum & gallicũ mittendos censuit. Hisq; ꝑmissum est: ut exer/citum cõpararent. & oĩa alia agerent: quæ. r. pu. forẽt usui. Cuȝ igĩ. Q. Martius in Etruriã uenisset. Mãlius ad eos legatos mi sit: qui in hanc fere sñiam locuti sunt: testari se deum atq; homi/num fidem nõ icciro arma sumpsisse: ut patriæ bellũ: & ut ali/cui iniuriã facerent. Sed ut ꝓtoris et foeneratorũ crudelitatẽ a cor poribus suis ꝓpulsarent. Quoruȝ tam fera est imanisq; natura: ut cum illi pulcherrima prædia: ꝓprias sedes: ac deniq; oĩa bo na: & uestitũ ipsum: quo tecti eramus: nobis ademerint: ne q̃cq̃ nobis preter calamitatẽ & ægestatem relinquerint: ĩ his miseri/is non expleti in sempiternis tenebris: ꝑpetuis uinculis: & car/

ceribus inclusos uitam nos amittere uolunt. Auaritiaq̄ sua: quã ingẽtibus pecuniis satiare non potuerũt: cupiunt miseriis ciuiũ & sanguie repleri. Rogare se se: & orare: ut si omnia sua præter animã tradiderint: nec quicq̄ sibi paternũ ne monumẽti quidẽ causa rseruauerint: ut eis spoliatis honore/fama/fortunis: liceret uti præsidio legis: quæ pmittit: ut amisso patrimonio liceat a tormentis liberũ corpus habere: seq̄ ne id sibi bñficiũ a prætore eripiatur. S.P.Q.R. obtestari. Sæpe a maioribus nostris dicebãt æs alienum ex publico dissolutũ est. Sæpe uiritim exærario distributum argentũ: sæpissime plebs: ut honores diuitias & potẽtiam haberet a patribus armata secessit. Nos non diuitias: nõ potentiam uolumus erepta nõ repetimus. Habeãt sibi alii honores diuitias/pñtias/imperia/triũphos. Prædia nostra impator fœneratores possidẽt: domus nostræ illis patent: nobis clause sunt familia nña maxĩa utunẽ: nos seruum nullũ habemus: nudi atq̄ omniũ rerũ expertes sumus: ferendum ac patiẽdum putamus. Q uid uolũt amplius? Q uid insequunẽ? Q uid oppugnãt? per deos imortales quæ ista tanta inhũana crudelitas est? calamitosissimos hoies in luctu & miseriis perire nõ sinũt. Vitam eripere uolunt: in qua cum maxĩo cruciatu doloreq̄ retinemur: quã si crudelissimi essent sustentãdo lætitiã: quã adimẽdo caperẽt maiorem. Oramus. o/impator: ut liciat nobis uitam in egestate degere: ut liciat nobis ammissis fortunis more maiorũ liberũ cor habere: ut fœneratores nñs bonis cõtenti sint: uitam et sanguinẽ ne petant: ut cum ademerint nobis oĩa: ne hanc quoq̄ lucẽ q̄ cõmunis est eripere uelint. Q d̄ si hoc impator nõ potuerimus impetrare: cum multis potius quã soli perire decreuimus. Q. Martius legatis rñdit. Temere eos & arrogãter fecisse. Q d̄ priuato cõsilio contra leges moresq̄ maiorum arma sumpsissent: oportuisse eos: si q̄d uoluissent: petere a senatu: nõ ad arma cõcurrere. S.P.Q.R. semp misericordẽ fuisse. Q uod si nunc etiam aliquid petere uellẽt. Arma prius deponerẽt: ne aliquid per uim: & metum uelle uideanẽ. Deinde ad senatũ supplices eant errati ueniam petant: se se sperare: ut oĩa quæ a senatu peterẽt cõsequerenẽ. Q uod ea iustitia ac mansuetudine senatus semp fuisset: ut nemini unquã iusta petenti suum denegauerit auxiliũ

curamq; semper cum omniū gentium:tum maxime miserorū arcem ac profugium fuisse. Legati his habitis responsis ad mā/ lium redierunt. At ferox Catilina quamq̄ urbē custodiis/uigili isq;/munitā eē uidet:cōs.mltu; uigilare:adesse:puidere:eadē pa/ rat:& tēptat:eadē seu9 anius agitat.Sȝ ille nihil agebat:nihil asse/ quebaē:nihil moliebatur:qd.M.Cicero.ingnoraret:& nō impe diret:neq; tamē ille conari & uelle desistebat. Tantus iam furor quidam sceleris:et audaciæ comes illius effrenatum animū:im portunamq; naturam oppresserat:ut eum non metus:non ratio non periculū:non res oēs aduersæ & cōtrariæ a cupiditate re uocarēt. Vbi igitē multa agitāu:nihil pcedu:perditissimus homo alia uia palam iam:& aperto marte agendū putauit:qm̄ ea que occulte parauerat:fœde & aspere euenerant:ad manlium profi/ cisci statuit:exercitum augere:priusq̄; copiæ a prætoribus com/ pararenē:Atq; ad urbem infestis signis cōcurrere. Itaq; oēs cō iuratōis principes nocte intēpesta in. M. Leccæ domū cōuocat: ut cum illis belli faciēdi caperet cōsilium. Hæc nox omniū tēpo rum acerrima fuit atq; acerbissima. Tum totius italiæ partiū di stributio.tum Catilinæ ad exercitum dies exeundi:tum cæteris manendi cōditio:tum discriptio totam per urbē cædis:atq; incē diorū cōstituta est. Sed ea inter se hoc mo do diuiserāt Catilina ut egrederetē ad exercitū:Antroni9 ut occuparet Etruriā:Apuleiā M. Ceparius. C. Marcell9 Capuā:alius alium deniq; Italiæ locū hēret. Lentulus in urbe relinquereē. Cassius &. Statilius duode cim urbis partes incenderēt. Cethegus & cum eo Gabinius cæ dis procurationē haberēt:nox autē qua hæc fieri placerēt:hæc cō stituta est:ut cū Cati. ad urbē cuȝ exercitu accederet. L. Bestia cō cionē hēret & Ciceronē in inuidiā uocaret:ꝙ Catilinā ad bellū irritasset:ac eo signo nocte ea q̄ sequereē: unusq̄sq; suum obiret negociū. His reb9 sic ɔstitutis ac pactis Catilina unū sibi obsta re dixit:ꝙ Cicero uiueret: ac se eum cupere: priusq̄; ad exercitū pficisceretē opprimere:qm̄ eius consiliis multū ob staret. Tum C. Corneli9 &. L Vargūteius equites romani hanc sibi prouin/ ciam depoposcūt: atq; cum prima luce consu. salutatū uenirent intromissi suo amore & iure amicitiæ:eum in lectulo se trucī/ daturos pollicentur. Sed consul cognita re per. Q. Curiū dom

suam maioribꝰ ꝑsidiis muniuit atq; firmauit: ianua exclusit eos qui mane ad ipsum interficiendū uenerant. Alii nō L. uarguntelum. Sed. C. cethegū consulis interficiēdi cū. C. Cornelio assum psisse partes tradunt Sed illos sicut in multis aliis sic in hoc er/rare auctores sunt Crispus Salustius & . M. Cicero. Cū hæc omnia a cōiuratis ordinarētur: instituerenť: pararenť; uersabanť in cōsulis: anio multæ & graues cogitationes: q̄ sibi nullā partem neq; diurnæ: neq; nocturnæ quietis impartiebāt. Primū cogitatō tuendæ r. pu. que eo tēpore erat difficilis & magna ratio. Cum res sibi esset cum homie tam acri: tam callido: tam in scelere ui/gilante. Deinde cura ꝑspiciendarū: insidiarum: q̄ quotidie ita sibi cōparabanť: ut nullo pacto uitari posse uiderenť. Et eñ tacita magis odia & occulta piculosa sunt: q̄; indicta & aperta. Nā is qui palam est inimicus: facile cauendo uitari potest: inimici/tiæ aūt occulte plerūq; opprimūt: anteq̄; q̄d sit perspici possit: Ita q; cum oēs cōiurati ꝯsulem appeterēt. Scire aūt qui essent con iurati difficile esset: eueniebat: ut ne amicis quidē omnibꝰ esset credendū. suberat etiā illa causa: q̄ optimi cōsu. mentē maxime cōmouebat; Catilinā nulla diligētia: nllo ꝑsidio: nllā ratōe pmo ueri. His igiť tot tantisq; diffi cultatibꝰ consu. uno atq; eodē tempore affectus: constituit rem ad senatum referre: ut q̄m nōnullis ea que ipe d̄ferret: ꝑpter magnitudinē sceleris incredibilia uide renť: sæpius & plura ad senatū deferendo: maiorē fidem faceret oratio sua. Itaq; postridie: quuȝ domi suæ pene interfectus est. Senatū in ædem Iouis statoris uocat: rem omnē ad. P. C. refert: quo cuȝ Catilina siue uitādę suspitōnis: siue sui expurgādi cā ue nisset: nemo eum salutauit. Quin etiā plurimi senatores partē illā subselliorū: ad quā ille accesserat: nudā atq; inanem reliquerunt. Tum. M. Tullius optimū factu iudicās ei oratiōe; qua plurimū poterat: terrorē incutere atq; eū ex urbe egredi iubere: hoc animo ꝑspicens remoto Catilina: si oēs cōiurati simul exissent eos foris facile opprimi posse: aut si qui remansissēt. illos infir/mos sine catilina ac debiles fore. Catilina. n. solus in urbe timēdus erat Oīa perscrutabať; oīa diligētissime ꝑuidebat: præri/pere/fallere/insidiari/simulare/temptare/sollicitare/ꝑsuadere/ꝑ mouere/uigilare laborare/urgere ad tempus/ huc atq; illuc tor/

quere & flectere sciebat. Ex cõiuratis unumquẽq; ad certas res cõficiendas delegerat:neq; uero cum aliqd mãdauerat:ꝑfectum putabat:omia ipse obibat:occurrebat/ꝑuidebat. Q ꝗ si illum cõ/ sul nõ ab urbe depulisset:profecto.R.P.magnã accepisset cala/ mitatẽ. Dicet aliqs:cur igit illum non ꝓprehendebat:cur illum non iterficiebat:quia utile nõ putabat: Nam præter paucos bo/ nos Ciceronẽ omes crudeliter nõ egregie fecisse dixissent: Atq; etiã mortuo illo intelligebat cõiuratione paulisp reprimi:nõ in perpetuũ cõprimi posse:nam inuidia oppressus reliquos cõiu/ ratos persequi non potuisset. His igit de causis Catilinã ex urbe eicere cupiens: surrexit & hac pulcherrima in.L.Sergium Cati linam oratione inuectus est.

QVOVSq; Tandem abutere Catilina patientia no/ stra?ꝗdiu nos etiã furor iste tuus eludet? Q uẽ ad fi/ nem se se effrenata iactabit audacia? Nihil ne te noc/ turnum præsidiũ palatii:nihil ne urbis uigiliæ:nihil ti mor populi:nihil ꝯcursus bonorũ omiũ:nihil hic munitissimus habẽdi Senatus locus: nihil horũ ora uultusq; mouerũt? patere tua consilia nõ sentis?constrictã iam omiũ horum cõscientia te neri cõiurationẽ tuam nõ uides? Q uid ꝓxima/ quid superiore nocte egeris:ubi fueris:quos cõuocaueris:qd consilii ceperis: quẽ nostrũ ignorare arbitraris? O/tempora./o mores:Senatus hoc intelligit:Consul uidet:hic tamẽ uiuit. Viuit?imo uero etiã in senatum uenit:fit publici consilii particeps.notat et designat oculis ad cædem unũquẽq; nrm. Nos aũt uiri fortes satisfacere R.P.uidemur: si istius furorẽ ac tela uitemus. Ad mortẽ te Ca/ tilina duci iussu cõsulis iam pridem oportebat. In te cõferri pe/ stem istam:quã tu in nos omnes iam diu machinaris An uero uir amplissimus.P.Scipio Pontifex maxim9. Tiberiũ Gracchũ mediocriter labefactantẽ statum.R.P.priuatus interfecit Cati/ nam uero orbem terræ cæde atq; incẽdiis uastare cupientẽ nos Cõsules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo:quod. Q u. Seruilius Ahala. Sp. elium nouis rebus studẽtem manu sua occidit. Fuit:fuit ista quondã in hac.R.P. uirtus:ut uiri for/ tes acrioribus suppliciis ciuem pniciosum ꝗ; acerbissimũ ho/

E

ftem coercerē:Habemus enī.S.C.in te Catilina uehemēs et graue.nō deest.r.p.consiliū neq; autoritas huius ordinis. nos nos dico aperte cōsules desumus. Decreuit quondā Senatus ut. L. Opimius Cōsul uideret:nequid.r.p.detrimēti caperet nox nulla intercessit mox interfectus est ꝑpter quasdam seditionū suspitiones C.Gracchus clarissimo patre natus auitis maiorib9 occisus est cum liberis.M.Fuluius Cōsularis.Senatusq; simili Cōsulto C.Mario.&.L.Valerio Cōs.permissa ē r.p.Num vnū diē postea.L.Saturninū tri.ple.&.C.Seruiliū mors ac.r.p.pœna remorata est:At nos vigesimū iam diem patimur hebescere aciē horū autoritatis.habemus enī hmōi Senatuscōsultum uerū tamē inclusum in tabulis:tanq; in vagina reconditū quo ex Senatus C.confestim interfectū te esse Catilina conuenit. Viuis et uiuis non ad deponendā:sed ad cōfirmandā audaciam:Cupio P.C. me esse clemētem.Cupio in tantis.R.P. periculis me dissolutū uideri:sed iam me ipsū inertiæ nequitiæq; ꝯdemno. Castra sunt in Italia contra Remp.in Etruriæ faucibus collocata.Crescit in dies singulos hostium numerus: eorū aūt Imperatorē castrorū ducemq; hostium intra mœnia atq; deo in Senatu videtis intestinem aliquam quotidie perniciē.r.pu.molientē Si te iam Catilina comprehendi:si interfici iussero.credo erit verendum mihi ne hoc potius omēs boni serius a me q̄ quisq̄ crudelius factum esse dicant.Verum ego hoc quod iampridē factum esse oportuit:certa de causa nondum adducor:vt faciam.Tunc denīq; interficiam te cum iam nemo improbus tam perdit9 tam tui similis inueniri poterit:qui id non iure factum esse fateatur Quamdiu quisq̄ erit qui te defendere audeat. Viues:& uiues ita:ut nunc uiuis multis meis & firmis præsidiis oppressus:ne cōmouere te contra.r.p.possis Multorū te etiam oculi & aures non sentientem sicut adhuc fecerunt speculabuntur atq; custodient.Etenim Quid est Catilina/quod iam ampli9 expectes? Si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios:nec priuata domus parietibus continere uocem cōiurationis tuæ potest. Si illustrantur:si erumpūt omnia:muta iam istam mētem mihi crede obliuiscere cædis atq; incendiorū. Teneris undiq;. luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. Quæ etiam mecum licet re

cognoscas. Meministi ne me ante diem. XII. Kal'. nouemb. dicere in Senatu certo die fore in armis: qui dies futurus esset in diem. IX. Kal' nouemb. C. Manliũ audaciæ Satellitem atq; ministrum tuæ. Num me fefellit Catilina nõ modo res tanta tam atrox/tam incredibilis: uerũ id quod multomagis est admirandum dies: dixi ego idem in Senatu cædem te optimatum contulisse in diem. V. Kalẽ. nouemb. tum cum multi principes ciuitatis Roma nõ tam sui cõseruandi: q̃ tuorũ consiliorũ reprimendorum causa profugerunt. Num inficiari potes te illo ipso die meis præsidiis/mea diligentia circũclusum commouere te contra. R. P. non potuisse: cum tu discessu cæterorum: nostra tamen qui remansissemus: cæde contentum esse dicebas? Quid cum te Præneste. kalen. ipsis nouembr occupatũ nocturno impetu esse p̃sideres? Sensisti ne illam coloniam meo iussu meis præsidiis/custodiis/uigiliisq; esse munitã? Nihil agis: nihil moliris/nihil cogitas/quod ego non modo audiam: sed etiam uideam: planeq; sentiam Recognosce mecũ tandẽ illam superiorem noctẽ. Iam intelliges multo me uigilare acrius ad salutem: q̃m te ad perniciẽ r. p. Dico te priori nocte uenisse inter falcarios. Non agam obscure in. M. Leccæ domũ cõuenisse eodem cõplures eiusdem amentiæ scelerisq; socios. Num negare audes? Quid taces: conuincã: si negas. Video eñ esse hic in Senatu quosdã qui tecum una fuere. O dii imortales ubi nam gẽtium sumus? quam. R. P. habemus? In qua urbe uiuimus? Hic hic sunt in nostro numero. P. Cõ. i hoc orbis terræ sanctissimo grauissimoq; consilio: qui de nostro omniumq; interitu: qui de huius urbis atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent hosce ego uideo Consul: & de R. P. sententiã rogo. & quos ferro trucidari oportebat: eos nõdum uoce uulnero. Fuisti igitur apud Leccam illa nocte Catilina distribuisti partes Italie. Statuisti quo quemq; proficisci placeret. Delegisti quos Romæ relinqueres. quos tecum educeres. Descripsisti urbis partes ad incẽdia: confirmasti te ipsum iam esse exiturũ. Dixisti paululum tibi esse etiam nũc moræ: q ꝫ ego uiuerem. Reperti sunt duo Equites. R. qui te ista cura liberarẽt. & sese illa ipsa nocte pauloante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerẽt. Hæc ego oĩa uix

dum iam coetu nostro dimisso comperi. domũ meã maioribus præsidiis muniui: atq; firmaui: exclusi eos quos tu mane ad me salutatũ miseras: cum illi ipsi uenissent: quos ego iam multis ac summis uiris ad me uētu- os id tēporis esse prædixerã. Q uæ cũ ita sint. Catilina perge quo cœpisti egredere aliquādo ex urbe: patent portæ: pficiscere. Nimiũ diu te imperatorem illa tua Mallıana castra desiderant. Educ tecum oēs tuos si minus: q̃ plurimos. Purga urbem. Magno me moetu liberabis dũmodo inter me atq; te murus intersit. Nobiscũ uersari iam diutius nõ potes non feram: nõ patiar: nõ sinam: Magna diis imortalibus habenda est gr̃a atq; huic ipsi Ioui Statori antiqssimo custodi huius urbis: qđ hanc tam tetram: tam horribilē: tamq; infestam. r. pu. pestem totiens iam effugimus. Nõ est sæpius in uno homie sal9 sũma periclitãda. r. pu. Q uādiu mihi cõsuli designato Catilina insidiatus es. nõ publico me præsidio: sed priuata diligētia defēdi cum pximis comitiis cõsularibus me consulē in campo & cõpetitores tuos interficere uoluisti cõpressi tuos nepharios conatus amicorũ præsidio & copiis: nullo tumultu publice cõcitato Deniq; quotiēsq; me petisti: p me tibi obstiti: q̃q̃ uidebã pniciem meã cum magna calamitate. r. pu. esse coniunctam. nunc iam aperte. R. P. uniuersam petis. Tēpla deorum imortaliũ tecta urbis: uitam omniũ ciuium: Italiã deniq; totam ad exitiũ & uastitatē uocas. Q uare qm̃ id quod est primũ atq; huius Impérii disciplinæq; maiorũ propriũ est facere nõ audeo faciã id qđ est ad seueritatē lenius: ad cõmunē salutem utilius. Nam si te interfici iussero: residebit in. r. pu. reliqua cõiuratorũ manus. Si tu quod ia iamdudũ hortor: exieris exhaurieť ex urbe tuorũ comitum magna & pniciosa sentina. r. pu. Q uid est Catilina? num dubitas id me imperãte facere: quod iam tua spõte faciebas? Exire ex urbe Cõsul hostem iubet. Interrogas me? num in exiliũ? Nõ iubeo. sed si me cõsulis. suadeo. Q uid em̃ Catilina est qđ te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istas cõiuratione perditorũ hominũ: qui te non metuat nemo qui te nõ oderit. Q uæ nota domesticæ turpitudinis nõ iusta uitæ tuæ est: quod priuatarũ rerum dedecus nõ hæret infamiæ? Q uæ libido ab oculis: qđ facinus a manibus tuis unq̃: qđ flagitium

a toto corpore absuit?cui tu adolescētulo:quē corruptelarū illecebris irretisses?non aut ad audaciam ferrum:aut ad libidinē facem prætulisti. Quid uero nup cū morte superioris uxoris nouis nuptiis domū uacuam fecisses:nōne etiam alio incredili scele hoc scelus cumulasti:qđ ego prætermitto. & facile patior silentio in hac ciuitati tanti facinoris imanitas aut extitisse:aut non uindicata esse uideNĒ. Prætermitto ruinas fortunarū tuarum:qs omes impendere tibi pximis idibus senties. Ad illa uenio:quæ nō ad priuatam ignominiam uitiorū tuorū:non ad domesticā tuam difficultatē ac turpitudinē:sed ad summā.R.P.atq; ad omnium nostrū uitam salutēq; pertinent. Potest ne tibi huius uitæ: hæc lux Catilina aut huius spūs cœli esse iucundus? cum scias esse horū neminē:qui nesciat te pridie. Kal. Ian. Lepido & Tullo Consi. stetisse in comitio cum telo? Manū consulū & principū ciuitatis interficiendorū causa parauisse? Sceleri ac furori tuo non aliquā mentem aut timorē tuum:sed fortunam.R.P.obstitisse. Ac iam illa omitto:neq; enī sunt aut obscura:aut non post multo cōmissa. Quotiens tu me designatū quotiēs me Consulem interficere uoluisti? Quot ego tuas petitiones ita cōiectas ut uitari posse non uiderent:parua quadā declinatione:& ut aiunt corpore effugi. Nihil agis: nihil assequeris: nihil moliris: quod mihi latere ualeat in tēpore neq; tamē conari ac uelle desistis. Quotiens iam tibi extorta est sica ista de manibus? Quotiens uero excidit casu aliquo.& elapsa est?tamē ea carere diutius non potes. Quæ quidē quibus abste initiata sacris ac deuota sit:nescio:quod eam necesse putas cōsulis in corpore defigere:nunc uero quæ tua est ista uita. Sic enī iam tecum loquar nō ut odio permotus esse uidear: quo debeo: sed ut misericordia quæ tibi nulla debeat. Venisti pauloante in senatū quis te ex hac tan tanta frequētia ex tot tuis amicis ac necessariis salutauit? Si hoc post hominū memoriā contigit nemini uocis expectas cōtumeliam:cū sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid quod ab aduentu tuo ista subsellia uacua facta sunt? Quid? qđ omes consulares:qui tibi per sæpe ad cædem constituti fuerunt simul atq; assedisti:partem istam subselliorū nudam atq; inanē reliquerunt. Quo tandē animo hoc tibi ferēdum putas? Serui

mehercle mei si me isto pacto metuerent:ut te metuunt omnes ciues tui:domum meam relinquēdam putarem. Tu tibi urbē non arbitraris?& si me meis ciuibus iniuria suspectū tam grauiter atq; infensum uiderem carere me aspectu ciuium q̄ infestis oculis omniū conspici mallem. Tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omniū iustum: & iam tibi diu debitum dubitas quorum mentes sensusq; uulneras: eorum aspectum præsentiāq; uitare?Si te parentes timerent: atq; odissent tui:neq; eos ulla ratione placare posses: ut opinor ab eorū oculis aliquo concederes.Nunc te patria que cōmunis est omniū nostrum parens odit ac metuit:et iam diu de te nihil iudicat:nisi de patricidio suo cogitare:huius tu neq; autoritatem uerebere:neq; iuditiū sequere:neq; uim pertimesces?Quæ tecum Catilina sic agit:& quodāmodo tacita loquitur:nullum iam tot annis facinus extitit nisi per te nullū flagitū sine te. Tibi uni multorum ciuiū neces:tibi uexatio direptioq; sociorū impunita fuit ac libera. Tu non solū ad negligendas leges & quæstiones:uerum etiā ad deuincēdas perfringendasq; ualuisti. Superiora illa q̄q̄ ferenda nō fuerūt:tamē ut potui:tuli. Nunc uero me totam esse in metu propter te unū:q̄cq̄d increpuerit Catilinam timeri nullū uideri ꝯtra me consiliū iniri posse:quod a tuo scelere abhorreat:nō est ferendū. Quāobrē discede: atq; hunc mihi timorem eripe. Si uerus ne opprimar. sin aūt falsus ut tandē aliq̄n timere desinā.hæc si tecū ut dixi patria loquat̄:nōne ip̄etrare debeat etiā si uim adhibere nō possit? Quid?q̄d tu te ip̄e in custodiā ddisti? Quid?q̄d uitāde suspitiōis cā apd̄ M. Lepidū te habitare uelle:dixisti?quo nō receptus ē ad me uenire ausus es:atq; domi meæ te asseruari rogasti?cū a me quoq; id responsū tulisses me nullomō posse his parietib9 tutū eē tecū:q magno in periculo essem q̄d hisdē mœnib9 cōtineremur:ad. Q u. Metellū Pr. uenisti:a quo repudiat9 ad sodalē tuū uirū optimū. M. Marcellū demigrasti:quē tu uidelicet & ad custodiēdū te diligentissimum:& ad supplicandū sagacissimū:ad iudicandū fortissimū fore putasti:sed q̄ lōge uidet̄ a carcere atq; a uinculis abesse debere:q se ip̄m iam dignū custodia iudicauerit? Quæ cū ita sint Catilina dubitas si hic morari æquo animo nō potes abire in

aliquas terras & uitam istam multis suppliciis iustis debitisq́ ereptam fugæ sollitudiniq́ mandare: Refer inquis ad Senatum id postulas? Et si hic ordo sibi placere decreuerit te ire in exilium obtemperaturum te esse dicis? non referam id quod abhorret a meis moribus: sed tamē faciam ut intelligas quid ii de te sentiāt Egredere ex urbe Catilina libera.R.P. metu: in exiliū si hanc uocem expectas: pficiscere? Quid est Catilina? Quid attēdis ē quid animaduertis: horum silētium patiuntur. tacent? Quid expectas autoritatē loquentium? quorum uoluntatem tacitorum perspicis. At si hoc idem huic adolescēti optimo.P. Sextio: si fortissimo uiro. M Marcello dixissem iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus uim & manus intulisset. De te autē Catilina cum quiescunt: probant: cum patiuntur: decernūt cum tacent: clamant. Neq́ hi solū quorū uel autoritas clara est uidelicet uita uilissima: sed etiam illi Equites. R. honestissimi atq́ optimi uiri ceteriq́ fortissimi ciues qui circumstant Senatū quorum tu & frequentiam uidere & studia perspicere et uoces pauloante exaudire potuisti: quorū ego uix abs te iam diu manus ac tela contineo: eosdem facile adducam: ut te hæc quæ iam pridem uastare studes relinquentem: usq́ ad portas prosequantur. Quamq́? Quid est quod loquar? te ut ulla res frangat: tu ut unq́ te corrigas? tu ut ullā fugā meditere? tu ut ullū exiliū cogites? Vtinam tibi istam mentē dii imortales donarent. Et si uideo si mea uoce ire in exilium animū induxeris quanta tempestas inuidiæ nobis: si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum at in posteritatem impendet: sed nō est mihi tanti: dummodo ista tua priuata sit calamitas: & a.R.Pub. periculis se iungatur. sed tu ut uitiis tuis commoueare: ut legum pœnas pertimescas: ut temporibus.r.pu. concedas non est postulandum. Neq́ enim Catilina is es: ut aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Quaobrem ut sæpe iam dixi pficiscere. Ac si mihi inimico ut prædicas tuo cōflare uis inuidiā recta uia perge in exiliū. Vix feram sermones hoim: si id feceris. Vix molē istius inuidiæ: si in exiliū ieris iussu Cōsulis sustinebo. Sin aūt seruire meæ laudi & gloriæ mauis: egredere cū iportuna sceleratorū manu. cō fer te ad Manliū

concita perditos ciues. Secernes te a bonis. Infer patriæ bellum exulta impio latrocinio. vt a me non eiectus ad alienos: sed inuitatus ad tuos esse uidearis. Quamquã quid ego te inuitem? a quo iam sciam esse premissos: qui te ad forum aurelium præstolarentur armati cum sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem: a quo etiam aquilam illam argenteam: quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido & funestam futuram: cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutũ fuit: sciam esse præmissam. Tu vt illa diutius carere possis quam uenerari ad cædem proficiscens solebas. A cuius altaribus sæpe istam dextram impiam ad necem ciuium transtulisti. Ibis tandem aliquãdo quo te iam pridẽ tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat: neq; ẽm tibi hæc res affert dolorem: sed q̃dam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit voluntas exercuit/fortuna seruauit. nunq̃ tu non modo ocium sed ne bellum quidẽ nisi nephariũ concupisti. Nactus es ex perditis atq; ab omĩ nõmodo fortuna verũ etiam spe derelictis cõflatã improborũ manũ. Hic tu qua lætitia perfruere? q̃bus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? cum in tanto nũero tuorũ neq; audies uirum bonũ quẽq̃ neq; videbis: Ad huius uitæ studiũ meditati illi sunt qui ferunt labores tui. Iacere humi nõmodo ad obsidẽdũ stuprum verum & ad facinus obeundũ. Vigilate non solum ad insidiandũ somno maritorum: verum etiam bonis occisorũ. Habes vbi ostentas illam præclaram tuam patientiã famis & frigoris inopiæ rerum omniũ: q̃bus te breui tẽpore confectũ esse senties. Tantũ profeci tum cum te a consulatu repuli: vt exul potius tẽptare: q̃ Cõsul vexare. r. pu. posses Atq; vt id quod esset a te scelerate susceptũ latrociniũ potius q̃ bellũ nominaret. Nunc vt a me. P. C. quandam prope iustam patriæ querimoniã detester: atq; deprecer: percipite quæso diligenter q̃ dicam & ea penitus animis vestris mẽtibusq; mandate. Etẽm si mecum patria que mihi vita mea multo est charior: si cũcta italia: si omis r. pu. loquaẽ. M. Tulli quid agis: tu ne eum quẽ esse hostem cõperisti: quẽ ducẽ belli futurũ vides: quẽ expectari Imperatorẽ in castris hostiũ sentis autorem sceleris principẽ piuratorum: euocatorẽ seruorũ & ciuium perditorũ exire patieris? Vt

Vt abs te non emissus ex urbe: sed missus in urbem esse uide/tur? nõne hunc in uincula duci nõ ad mortem rapi: nõ summo supplicio mactari imperabis? Quid tandẽ impedit te? Mos ne maiorũ? at persæpe etiam priuati in hac R.P. perniciosos ciues morte mulctarũt. An leges? quæ de ciuiũ reorũ supplicio roga/tæ sunt. At nunq̃ in hac urbe hi qui a.R.P. defecerũt ciuium iu/ra tenuerũt. Nũ inuidiã posteritatis times? preclarã uero.P.R.re/feres gratiam: qui te hominẽ per te cognitũ nulla cõmendatiõe maiorũ tam mature ad summũ imperiũ per oẽs honorũ gra/dus extulit: si ꝓpter inuidiã aut alicuius periculi metũ salutẽ ci/uium tuorũ negligis. Sed si quis est inuidiæ metus non est ue/hemẽtior seueritatis ac fortitudinis inuidia: q̃ inertiæ ac nequi/tiæ pertimiscẽda. An cum bello uastabitur Italia uexabuntur urbes tecta ardebunt: te non exi stimas inuidiæ incendio conflagratu/rum? His ego sanctissimis .r.p uocibus & eorum hominũ qui idem sentiũt mentibus pauca respõdebo Ego si hoc optimũ fa/ctu iudicarem .P .C .Catilinã morte mulctari: unius usuram horæ gladiatori isti ad uiuendũ non dedissem. Et eñ si summi uiri & clarissimi ciues Saturnini & Gracchorũ & Flacci & su/periorum cõplurium sanguine nõ modo se nõ cõtaminauerũt sed etiã honestauerũt: certe uerendũ mihi non erit: ne quid parri/cidia ciuium interfecto inuidiæ mihi in posteritatẽ redundaret. Quod si ea mihi maxime impẽderet: tamẽ hoc animo semper fui: vt inuidiã virtute partam gloriã non inuidiam putarẽ. Quã/q̃ nõnulli sunt in hoc ordine: qui aut ea quæ imminẽt nõ uide/ant: aut ea quæ uideant: dissimulent. Qui spem Catilinæ cum mollibus sententiis aluerunt: cõiurationẽq; nascentẽ non creden/do corroborauerũt: quorũ autoritatẽ secuti multi nõ solum im/probi uerũ etiã imperiti: si in hunc animaduertissem crudelite/nõ egregie factum esse dicerent. Nunc intelligo: si iste quo in/tendit: in Manliana castra peruenerit: neminẽ tam stultum fore qui non uideat ꝯiurationẽ esse patefactã: neminẽ tam improbũ qui non fateatur. Hoc aũt uno interfecto intelligo hanc.r.p.pe/stem paulisper reprimi nõ in perpetuũ ꝯprimi posse: Quod si se eiecerit: secumq; suos seduxerit & eodem cæteros vndiq; col/lectos naufragos aggregauerit extinguetur atq; delebitur.non mo/

do hæc tam adulta.r.p.pestis uerũ etiã stirps ac semẽ malorum omniũ.Etenim iam diu.P.C.in his piculis piurationis & insidiis uersamur:sed nescio quo pacto omniũ scelerũ: ac veteris furo/ ris & audaciæ maturitas in nři cõsulatus tẽpus erupit.Quod si ex tanto latrocinio iste vnus tolletur: videbimur fortasse ad bre/ ue quoddã tempus cura & mœrore esse releuati:periculũ aũt resi/ debit & erit inclusum penitus in venis atq3 in visceribus.R.P. Vt sæpe homines ægri morbo graui cum æstu febriq3 iactant:si aquã gelidã biberint:prius releuari videntur:deinde multo grauius uehemẽtiusq3 afflictantur:sic hic morbus qui est in.r.p.releua/ tus istius pena uehementius ciuibus reliqs ingrauescet. Quare secedant impbi.secernãt se a bonis: vnũ in locũ cõgregentur:mu/ ro deniq3 id quod sæpe iam dixi secernant a nobis:desinãt insi/ diari domi suæ Cõsuli.circũstare tribunal prætoris Vrbani ob/ sidere cum gladiis Curiã malleolos ad incẽdendã urbẽ facesq3 cõparare:sit deniq3 inscriptũ in fronte vniuscuiusq3:qd de.re.pu. sentiat.Polliceor uobis hoc.P.C.tantam in nobis Cons.fore di ligentiã tantam in uobis autoritatẽ: tantã in Eqtibus.R.virtute3 tantã in oĩbus bonis cõsensionẽ:vt Catilinæ pfectione omnia patefacta illustrata oppressa vindicata esse uideatis.hisce omni/ bus Catilina cum sũma.r.p.salute & cũ tua peste:ac pnicie:cũq3 eorũ exitio qui se tecũ oĩ scelere parricidioq3 iũxerũt:pficisce/ re ad impium bellũ ac nefariũ.Tum tu Iupiter hisdem quibus hæc urbs auspiciis a Romulo est cõstituta quẽ Statorẽ huius vr bis atq3 imperii vere nominamus. hunc & huius socios a tuis aris cæterisq3 templis/ac tectis/ urbis/ ac mœnibus a uita fortu/ nisq3 ciuium omniũ arcebis. & omnes inimicos bonorum ho stes patriæ latrones Italiæ scelerum fœdere inter se ac nefaria so cietate piunctos æternis suppliciis viuos mortuosq3 mactabis.

¶ Consul posteaq3 dicendi finem fecit:Catilina ita illius ora/ tione cõfusus:ac pturbatus est:vt nõ mõ ingeniũ illud:& dicẽdi exercitatio:qua Catilina plurimũ semp ualuit: sed ipudẽtia:qua supabat oẽs:subito illũ defecerit.Tãta ẽsul ptentiõe animi/ige nii/uocis/laterũ/& grauissima corporis actione porauerat.Ita ardẽtes qsda3 quasi uerborũ faces in Catilinã piecerat:ut hõ im/ pudẽtissimus:& addicendũ paratissimꝰ nõ auderet apertæ ost

aut uerbū ullū pro se facere. Sed euolat repēte ex senatu cū qui/busdā fractis imanibusq; minis. Q uapp Cicero in Bruto sin/gularē illam suā dicēdi facultatē modestissimæ laudans/& quas/dam enumerās eloquētiæ suæ præclaras actōnes: inter aliæ: qđ Catilinam fregerit: merito gloriaē. A nobis inquit homo auda cissimus Catilina in Senatu accusatus obmutuit. Alii aliter refe runt: & Catilinā Cōsuli respōdisse narrāt. Extatq; oratio satis pul cherrima: que. L. Catilinæ nomie scripta fertur in uulgus: quā equidē orationē nō tam Catilinæ quā alicuius magni: & antiq declamatoris existimo: cui9 ego oratiōis exēplar iccirco hoc lo co inserui: ut cum meā: & aliorū posuisse sententiā: hoc aliis po/stea iudicandū relinquerē. Catilina igiē (ut illi dixerūt) tametsi consulis oratione multū perterritus est: tamē quia ipse addicen dum promptus erat: & ad dissimulāda omnia paratus: cōfirma to animo in hunc modum respondit consulis orationi.

O Mnes homies qui in maximis pncipatibus uitam agūt aut qui de rebus publicis/aut priuatis cōsultant: decet in primis aniaduertere: nec cuiq; uoluptati temere assenti/ant: ne ue liberū ingeniū furore: aut iracundia pessundēt. Sed ui gilantius enitendū est: ut durent inuictis animis: ut omniū ratō nes æque circūspiciāt nec in alterutrā partem declinēt: donec lu ce clariores: in apertū deductæ: & satis perorate uideanē. Diffi/cile est eñ cōmotis animis: & cōcitatis ingeniis: uerum cuiq; p suadere. Tāta fit plerūq; uis ac frequētia oratōis. hæc si fuisset uo biscū. P. C. aniaduersio: dum perperā de meis moribus ɔsul no ster tanta acerbitate loquebaē cum pniciosa & insolenti facūdia in caput meum uestros cōcitabat anios: modulabaē orationē. Confiderē profecto/ut illius procacitas hodierna die innocen/tia nr̄a delereē. Sed uideo iam, suggestiōe ɔsulis pectora ur̄a re/bus incudere uix meā ppeti orationē. Credere iam illi9 aucto/ritati mee pudicitie diffidere. Q uaobrē facile uereor ne sera sit nr̄e salutis defensio. Nā paucorū inuidia plerūq; innocētes iniu sta aut iiuria suppeditanē. Q uæ res pfecto: neq; ɔstantiæ uirorū illustriū: neq; romāæ disciplinæ: neq; senatoriæ dignitatis officia uidenē. Quare per deos immo rtales uos. P. C. atq; humanitatē.

uestram appello. ut in tantis rebus: non facile iudicium excipi a tis: demulsos ac deuinctos animos facūdia Ciceronis pristinæ integritati restituite: & ita restituite ut aliquando Romani atq; patricii Catilinæ uerba intelligatis. Si qd in patriā peccaui quirites/ neq; grām/ neq; misericordiā imploro. Eripite tu; ab hac luce animā. Trucidate hoc corpus. & mēbra hæc impudica diuellite. nō eo tendit oratō nostra: ut Catilinæ misereamini. Summa est eīm misericordia in parricidiā subitum supplicū animaduertere. Sed hāc urbis clementiā postulo. P.C. omnino innocentiam deseratis. ne dum libertatē defenditis paucoru; iniquitate plerosq; innoxios perditum eatis. Ostēdam uobis atq; elucidabo. acerbas in cōsilio nostro mecū inimicitias nō salute reipu. fuisse exagitādi imperii causa non manu tenēdæ libertatis desiderio cūcta. Nam quāte primū in supioribus annis imoderate in me illum discordiæ agitauerint quātisq; atq; q̄ crebris postea inuicem ꝯtumeliis uersati fuimus nō referā. uobis eīm oībus nota sunt. P.C. Sed ea malo dicere: q̄ pximis comitiis posteaq̄; cōsul designatus est impudēter & temere: quæ tandē euomit se nihilo magis q̄ excidio Catilinæ consulatum petere. Testes hic duo uiri clarissimi. C. Antonius consul: & G. Cæsar: quorū auctoritate terminatio illa eo tempore ueluti parum ꝯsulta reprobata est. Ite nunc. P.C. talibus animis imperia tribuite qui curiosius priuatas inimicitias q̄ totius reipu. salutē ꝑsequanē. Nō cupit Cicero ꝯsulatum: ut opem referat miseris/ aut potentiā improborum arceat: ut ciuitatē defendat: ut reipu. cōsulat. Sed tu maxime Catilinā delere: & circōscribere possit. Hæc sunt officia uiri cōsularis. hæ gloriosi & sanctissimi ciuis institutōes. Tales homines in dandis magistratibus nobilitati anteponite: qbus tantus & uastus est animus extinguēdi nobilitatē. nam quod mihi huius uiri interminatū est diligētius in uos oēs ꝯuertere Credite mihi. P.C. credite: rara est inter tam dissimiles animos beniuolētiæ charitatisq; ꝯsensio. ille ex municipio arpinati nouus hospes huic urbi insitus: eam ul' ut ingenitam rabiem. atq; inuidiam animo uolutat: quā nouus exteris ciuibus: non tantū mores: sed ueteri ꝯsuetudine natura cōparauit. pridie ibi in primo ac cōsulatus patria exprobata est aliquādo nouitas generis ob

lecta æquo animo tantã contumeliã tollerasse: tum impatiẽtissi
mum hominẽ existimatis. Incitabaẽ eo tempore truculẽto spiri
tu lacessitũ ingeniũ: & ueluti uipereus serpens inflãmato ac ue/
neficio pectore ferox eius & crudelis animus agitabaẽ. Hic qui
se patrem patriæ nominat:qui dicere solitus est hanc temp. suo
splẽdore decoratã:qui uiroꝙ omniũ illustriũ:ac præstãtissimo
rum:familias nõ mõ equasse:aut aliquãdo suis moribus tuerĩ
tamẽ omniũ maiorũ uirtutem superasse:cum obiectari sibi no
uitatem uideret:quo putatis cum igenio pferre potuisse. Infre
mebat tunc dentibus:atꝙ in uos omes rabido ictu cõcepta la/
tenter iram acuebat:quã neꝙ lenitam adeptione ꝯsulatus in po
sterum putetis:Cum nõ uestra grã:sed suis maximis uirtutibus
cõsequi tantam dignitatẽ debere arbitreẽ. Nunc itaꝙ priores il/
los impetus exequiẽ. nunc his artibus ꝑturbare ciuitatẽ instituit
Nunc se his consiliis ulcisci:& nobilitatẽ eo deducere ut nunꝗ
sibi nouitas obiciaẽ. Faciet hoc patres con. faciet nisi uester pru
dentissimus animus aliquãdo nostre omniũ salutẽ& uniuerse
reip. consulat:Iam hoc primũ initio ab hoc principe scelerũ:ab
hoc flagitiorũ artifice:Ita ciuitas nostra dira:ac pestilẽtia labe cõ
spersa est:Ita pernitiosum semen diffundit in patriã. ut si aliquã
do confitũ radicibus paulum altius ꝯualuerit. delebiẽ quidem
hæc respu. pulcherrimũ hac a stirpe concidet imperiũ. nihil eñ
est tam periculosum ciuitatibus: quã cum delecti ciues interse
dissident. Inimica nãꝙ est rerum maximarũ discordia. Ea sola
res fortes dissipat & demoliẽ:Ea quidẽ hanc nũc inseruit nostræ
ciuitati. Hanc inter nos calamitatẽ ingessit:quæ si nõ mature ꝓ/
uideatur:uideo iam summã fortunæ coniunctã hanc remp. ui/
deo iam arma in manibus uestris:alterum alteri obsistere:hunc
ꝓscribi: alterũ uero trucidari. utinã eñ rerum malarũ innocens
Catilina finis esset:uti est initium:nullũ foret mihi graue ꝓ rep.
periculũ subire: patriæ equidẽ proscribi. patriæ abdicari:emori
paterer. Sed nõ semꝑ cũctis mortalibus idem animus est. Erit al
ter impatiẽtior:qui ulcisci malit quam improborũ perpeti iniu
rias. Tũc necesse est:ut ciuili bello res agiteẽ: periclitabit tũc pa
tria & in ancipites casus certũꝙ urbis excidiũ occidet repẽte &
uentura:tunc ingẽti letitia efferretur: & optatis sese rebus potiri

hortabitur. Cum hanc uidebit armis splẽdere patriã & istam ad/
motis ignibus urbem lucere. Tũc laudabit sua cõsilia:& extol/
let inuictũ animũ:& pro suis cõtumeliis satis se maioresq̃ suos
vltum iri existimabit. Nam predicare aliquãdo solitus originẽ
se generis habuisse:ex Tullii Hostilii familia uolscorum regis
quidẽ Po. Ro. inimicissima:quæ sola prorsus nota est occasio:
yt vniuersum sit tibi nomẽ populi ro. odio semperq̃ abhorre/
at hanc rempubli. cuius dictione obscurata est maiorum suo/
rum familia:& subactum eius:ac demolitũ imperium:quæ res:
quantæ curæ habent humanis ingeniis: vosipsi existimate. Hoc
ego tantum de Cicerone existimare possum: vt præsidens illa
maiorum suorum inuidia:veteres illæ inimiciciæ impacientis
animi suum semp ingenium agitent:nunq̃ ab impetu aut a ra
biæ quiescant. Tanta est illius immoderata euertẽdi huius im/
perii libido:videlicet placato em̃ orbe terrarum tot profligatis
regibus/tot populis/tot gẽtibus/ tot exteris nationibus subactis
terras vndiq̃ & maria imperio nostro parere nullum superio/
rem hostem Po. Romani cui non nostra virtus longe probata
sit. Defluxit itaq̃ illi spes omnis extrinsecus huius imperii de/
moliendi. Tute nobis omnia quiescũt: omnes vltro obtempe/
rant. Cum vero sese maioresq̃ suos uindicatũ iri malit:nec pos
sit unq̃ ab illa opiniõe durus:& crudelis animus quiescere Ad
has cõfugit pturbationes:quibus priuatis inimiciciis:mecũ pri
mo:postremo in uniuersam rempu. cõferre putat. Accusat itaq̃
inimicũ sibi Catilinam & plerosq̃ alios eiusdem consocios cõ/
iurationis uelle rempu inuadere euertere patriã/urbem deforma
re domibus/tẽplis/aris icendia parare:stupra uirgines/senes/ple
bem/ac pricios iugulare/nusq̃ ire/aut ferro parcere donec pul
cherrima ista oium iperatrix a stirpe itereat. Sed p deos imorta
les:nescio quorsũ tendat uana hæc hoim existimatio Vt quisq̃
mortaliũ credat aliquẽ esse tam perditũ:aut tam prorsus ignarũ
ratõis. Cum nõ quandã itelligat insitã patriæ pietatẽ: quæ semp
q̃dam tacita ac uehemẽtissima ui naturæ hũanis pectoribus in/
funditur. Quis itaq̃ romanorum tantã reip. calamitatẽ afferre cu
piat? Quis. n. tam acerrimus P. R. hostis ille etiã Carthaginẽsiũ
dux Annibal maiora nob aut paria excogitare potuisset. Ego rẽp.

inuadere velim:q & pro rep. ingētia pericula suscepi? Ego ne senatum urbē deformare: tot amplissimis bñficiis nr̃æ familiæ decoratā auderem? Ego ne Romanorū tēpla incendere: quæ tot signa/tot tabulas maiorū nr̃orum ostēdunt: Ego ne togatos patricios aut senatores iugulare q inter dignitates mō honore præfectus sum? Ego ne cādidatus reliqs sceleribꝰ deturpare ciuitatem qui plerūq ne qs deturparet summa ope ꝓpulsaui? Quæ spes? Quis animus? quæ occasio me ad tale facinus impellunt? Num causa forte quā pauloante Cicero dixisti: libido dominādi. Nō ne quiete dignitatē omniū adeptus sum? Non ne in spe mihi agendi tales reliqe parant: quales cuiquā mortaliū fas est optare. Neq em̄ patriciatus: Neq senatoria dignitas defuit. Neq in posterum cōsulatus: aut dictatura deesse poterūt. Quæ tante & tales sunt: vt non modo in hac præstātissima urbe. Sed in omni urbe terrarum omnium gentium/omniū nationum imperia & principatus antecellant? quid igitur opus erat vt difficili in bello quæreretur: quod mihi in pace ultro parabatur. Ac forte inuidia me concitauit: quod pariter Cicero docebat: grande æs alienum. Angustia rei familiaris & immoderata potiendarum rerum audacia. Sed de temerario aut ve sano homine hoc existimandum esset: aut plerisq qui pro potiundis opibus incōsulte tantam parare posset populo Romano seditionē non præsertim in uiro patricio: & in tam opulentissima ciuitate cui honeste sunt opes? quid dubitat sibi vnq deesse posse? Tot ultro sese sibi quæstus offerunt & ex publico ærario prouentus ꝙ si quis paululū labefactare maluerit: neq omnino parere honestati incredibile est q is facile immensis opibus affluere possit. ut reliqua prætereā: tu mihi apertū exemplum es Cicero qui pridie pene hanc urbem cōgressus omniū rerum egens. Cum te ad magistratū ꝓtulisti: tantam cōglutinasti repente diuitiarū molem: ut om̄es huius urbis Coloniæ uix emptoribꝰ tuis supesse uideātur. Temere igit̄ mihi obiicis auaritiam: paupertatē inflās onus æris alieni. Quæ cūcta tutiore uia sedare potuissē: quā remp. ingētare: incerta ꝓ certis capere paruo cōmodo ingētia pericla subire. Sed neq quibus arguor priuatarū inimiciciarū causa tantū facinus inuiassem. Nemo est in hac rep. quē inimi

cum.Hic habeã Cicero tantũ mihi molestus est:'quod eius fla/
gitia quæ in occultũ habet nunq̃ reticere potui:cuius ineptias si
tandem a me ꝓpulsare maluissem:sine discrimie publico mul/
ti mihi ad ultionem aditus patebãt. Non erat opus ad perniciẽ
reipu.cõfugere:neq; moetus mihi:neq; pericula obstabãt:cum si
ex hominũ uita deleret:non mõ ad uindicandũ:sed nec ad lugẽ
dum funus quisq; superesset:sed dii ꝓhibeant:ne hunc animuȝ
illius temeritate dehonestẽ.Nullam enĩ illustribus uiris in ab/
iectus hominibus ultio laudem afferre põt.illam tñ si casu ma/
luissem. Nõ est putandũ quirites si eo tempore suscepérim op
portunitatis minimũ sibi mihi uero plurimũ adesse poterat Por
ro si quibus armatorũ copiis domũ meam circũspsi/ socios in
duxi permisi vigiles:neq; horũ enĩ quicq; inficior.feci patres.C
non ut cuiq; facerẽ iniuriã:sed ut prohiberẽ cõsulis impetũ.Ve/
rebar ingeniũ nouerã:sciebam inimicitias intellexerã hanc ab il
lo insti uctã cõiurationẽ.Formidabã itaq;:ne illius facundia su/
bito momẽto animi uestri indignarent & cõtra quæstionẽ meã
licentia uestrã designatis periculis de me suppliciũ sumeret.At
si semel in eius designatus manus ꝑcidissem frustra meæ in po
sterum defensioni locus parabat. Vitam igit meã sum̃a ope in
hunc diem ꝑduxi.Et in tanta rerum ꝑturbatione nunc persua/
su tuo ne me om̃es reũ facerẽt pene trãsii. Nũc quũ tibi minus
opus erat Cicero præter spem in senatũ ueni:Et quantũ mihi sa/
tis uidebat:minora quædã scelera elucidaui:exauditu quoq; iri
in obscuro maluisses quã ipsis tam enormibus sceleribus uiaȝ
dedisse.nihil tuorũ facinorũ expaui:non tunc oratio tua:non ul
tro coniecti motus territauerũt. Q uis enĩ terror in tanta senato
rum frequentia:in tanto splendidorũ ciuiũ coetu insontẽ cuiusq̃
animũ turbare potest.Habeo igit diem quem maxime cupiui:
quẽ uero minime existimabas.Habeo senatũ qui inocentiã me
am intelligat:apud quẽ flagitia tua in aperto habeant.Optimo
igit periculo meis periculis prospexi:si quãdo armatorũ copia
furorem tuum ꝓpulsaui.Si quãdo intrepidus in repub.perstiti.
fugam dum mihi cõmi obtentu ꝑsuadebas instare mihi contra
fuit animus.Sed o dii imortales ubi nam sumus:quis potentẽ
calumniã nõ uidet: Q uid aliud nisi ut fugerem tota tua oratio

pertinuit.Sed si ut ais omia mea tibi facta illustrant:si luce cla/
riora sunt mea cõsilia. Quid nunc mihi fugam persuades? Hic
sum nullis meis præsidiis circũuentus. Adest senatus q tibi uim
phibebit. Ostende hæc facinora elucida seditionẽ: aufer suppli
cium. Nõ decet in tantis periculis misericordẽ uideri. Cuncta/
tio quidẽ omnis obesse potest. nullũ uero præsidiũ afferre:si ha
bes principẽ cõiurationis:si imperatorẽ hostium tenes:quid re
moraris?quid eiicere cupis? Vtilius est eñ ut duce careat exerci
tus:fient illico ad bellum segniores. Sed uideo utiq; fieri solet in
mediis malis. Tibi malorũ causa:timore animus frigescit. Ca
sum eñ quẽ mihi aut reipu.parabas:in te cõferri uides Res pre
ter opinionẽ tuam nunc agiť tui capitis periculo. Dubitas nũc
de fortunis tuis non obiectuiũ me tibi in senatum uenire existi
mabas. Ideo cum ueni illico trepidus factus es. Putas minitan
do nunc mihi terrorem incutere?ignoras qȝ liber quam uastus
sit innocens animus. uis ut fugiã Cicero.nuq; non fugiã:sed per
sistam acrius petulantiã tuam oppugnãdo. necesse est ut omniũ
consiliorũ tuorũ flagitia refellam. ueniãt in hunc locum testes.
quorũ tibi tantam copiam supesse dicis. Vt nil tibi meorũ ope/
rum tectum aut occultũ sit. Quos produces. Q. Gurium hõ
minem quidẽ sanæ opinioĩs:integræ uitæ:aut uero qui suis fla/
gitiis celeberrime hunc ordinẽ deuastauit. Propterea probri ge/
nere abdicatus est? A● Fuluiã produces eius cõsortẽ libidinis
quæ nullius unq; cædis cõscia fuit.nullius stupri aut incestu aliũ
na concubitus:aut uero ita uixit:ut uelut quoddã sceleris exem
plum:omẽs meretricũ artes ægregie sola ipsa supauerit. Hi sunt
homines clarissimi:qbus nunc ne quietudo ciuitatis suspecta est:
quorũ aduersum me testimonia parant. Sed per deos imortales
tute iam Cicero moribus tuis offendis:furore tuo paulum nõ
impudẽtius abutere:nõ erat ex apertis cõiurationibus petẽda fi/
des Popu. Romani si me delere cupiebas. Eos eligere debuisti:
quorũ obscurior uita:& parump occultiora latrocinia fuissent.
Multi mortales eadem pecunia nullius ambitioni tuæ obtem/
perassent. Illorum aũt maledicta nemo bonus ciuis timere de/
bet. Facile refelli possunt:ut post:cum fortuna eorũ & fides & sa
cta satis sint.qui mihi si fauere debeãt aduersarios mallem esse.

iniurios ne uitam meã:eorũ familiaritas æq3 in contemptũ de/
duceret.nunc itaq3 patres cons.omia nobis facta cõsulis:& cogi
tata illustraui:nũc etiã uobis innocẽtia mea patere potest. Quæ
res illum impulerit ad Catilinæ intentũ ad ꝑturbãdam rem ui/
detis. Mecũ priuatis inimicitiis agitaε. Obiectu uero nouitatis
uniuersam odit nouitatẽ more maiorũ suorũ:nam hanc patriã
abhorret:ea ꝑpter seditones parat. Serit discordias:nunq3 ad ꝑ/
nitiem nostrã impatiẽs eius animus quiescit. Facit in primis reu3
parricidii me Romanũ patricium:senatorẽ cuius tot res gestæ:
tot imperia/tot magistratus/tot maiorũ meorum beneficia a m
plissimo splẽdore reip. lucescũt. Obiicit ægestatem quæ in opu
lentissima ciuitate minorib9 etiã magistraub9 nunq3 obesse po
tuit. Obiactat inimicitias:quæ mihi ad perturbandã remp. non
utiq3 satis esse uiderent. Testes quos producit uidetis:qui tales
sunt:ut omniũ scelerorũ exuperẽt ingenia. Quæ temptata:po/
steaq3 sibi præter spem euẽtibus nõ respõdent:neq3 in senatũ spe
rat.timore illico suppressus est. Fugam mihi imperat.quãdo si
deliquissem:ad uindicandũ nedum nefas nllã magnitudo sup
plicii satis esse posset.si ergo patres con.innocentiã meã uidetis
Si illius animi ferocitatẽ intelligitis:si pericl'a reip. ingeniis uris
aperta sunt:expergiscimi igiε aliquãdo:& imperii romani ui'æ
miseremini. Habetis labentẽ colubrũ in uisceribus uestris:habe
tis i hoc ordie iclusa3 reip. calamitatẽ:q̃ uigilat ad perniciẽ P.R.
Vos illũ in summo honore posuistis. Cauete ne qñ per licentiã
ea pars pestis totũ corpus ambiat:& ueluti ꝯtagio q̃dam in uo
bis adolescat expedite ocius:& enaruate hanc sentinã scelerũ ab
dicate hũc hominẽ cõsulatu:ne clarã & amplissimã dignitatẽ fæ
da illius flagitia deturpẽt.eripite hunc ab hac rep. nequãdo eu3
ad excidiũ nostræ ciuitatis anhælantẽ hæc sctissima intra mœ/
nia se conspiciãt.si chara sunt uobis huius urbis monumẽta:si
per iucundi liberorum conspectus. Si grata est uestraru3 uirgi/
num pudicitia si templa/potẽtatus/sacerdocia/societas/domus
opes/familiæ cliẽtelæ/fortunæ omniũ:& uniuersæ patriæ cõmo
da uobis accepta sunt. Iamiam ab hac repu. sæmẽ hoc malorũ
omniũ eradicate:hũc a ꝯspectu ciuiũ eripite.q nos:& omia bo/
na uestra extinguere cogitat:q claritudinẽ imperii ro. in simul/

tatibus atq; discordiis perturbare instituit. Succurrite his peri/culis obuiate huic calamitati. Tunc omnis suspicio sedabitur. Tunc dolus iste a cohortibus confestim dissipabitur. In hoc uno homine omnis spes eorum sita est. Quis em̄ alium huic maximo imperio:huic capiti urbis terrarum paucorum scelera torum animos erigere:aut concitare potuit: Quis ciuis in hac rep. tam atrox facinus excogitaret:Hic hic tantum nouus Cicero arpinas ex Tulliorum familia struit clam nostro capiti insidias Catilinæ cōiurationes insimulat: quo liberior sibi ad consilium opportunitas patere possit. Nos plærosq; in quæstionē deducit. Vt nomie nostro comparatis copiis facilior sibi pateat aditus ad inuadendum remp. Vos patres consul. nonne uestra pericula uidetis. Capiscite rempublicam miseram & nutantem. Subuenite patriæ: parentum & simul salutis omnium misera/mini. Meq; patricium ciuem:& Populi Romani. a faucibus inimici consulis eripite. Supplicem atq; instantem pristinæ clari/tudini omnium ciuium gratie ac beniuolentie restituite.

¶ Vix Catilina dicendi finem fecerat:cum plærīq; senatores obstrepere cæperunt:eum hostem ac parricidam uocare. Tum ille furibundus quoniam circumuentus ab inimicis præceps ago:incendium meum non Aqua sed Ruina uestra extinguā. Deinde exanguis atq; æstuans ex curia repēte se domum proripuit/ cum quibusdam magnis imanibusq; minis: ibi multa uoluens animo constituit in Manliana castra proficiscitimens si amplius cunctaretur:ne consul oratione concitati animi in se impetum facerent. Lentulo igitur atq; Cethego & aliis conuo/catis coniurationis principibus consilium suum exponit: eos hortatur:uti semper parato ac forti essent animo:ne ue labore ac periculo ullo terrentur:ut quæ superior nocte parauerant exequi. curarent:ac quam plurimos possent sibi ad bellum adiumentent socios. Interea monet eos:ut per urbem uoces spargerēt eum innocentē Massiliam in exiliū ire:ut ex ea re aliq̄ in Cicero/nonē redūdaret inuidia:& quo ciuitatē inpulsius aggredi possi

Cum hæc & alia eiusdem generis dixisset nocte intempesta cũ paucis:uel ut aliqui dicunt:cum trecentorum Satellitum comi/tatu ex urbe excessit:nec flaminia ut a nõnullis falso scribitĩ.Sed Aurelia uia profectũ.Postridie quã Catilina ex urbe profugit. M.Cicero orationẽ habuit ad populũ: quæ quia in oratiõibus Ciceronis descripta est:prætermittã hic: quæ tunc a cõsule dicta sunt. At Catilina ex itinere literas plerisq̃ ꝯsularibus & optimo cuiq̃ misit:qbus se dicebat: falsis criminibꝰ circũuentũ & a sena tu alienatũ qm cõsul.furori resistere nõ potuisset/tempori cæde re/in exilium Massiliã ire:non ꝙ alicuius sceleris sibi conscius esset animus.Sed uti.R.P.quieta foret:ne ue cõs.,nobilitatẽ extin/guere cupiẽs Catilina ꝯiuratiões simulãdo plerosq̃ bonos ac in noxios perdiũ iret:malle se patria carere:quã ut aliqua belli ci/uilis dissensio oriretur ꝓpter se.Hæc res magnã Ciceroni cõfla uit inuidiã.Et eĩ plures erant:qui Catilinã non obstupefactũ, ac perterritũ cons.diligẽtia:non de spe conatuq̃ depulsum. Sed indemnatũ innocentẽ in exilium deiectũ a cons.ui & minis es/se dicebãt:nec illum improbũ: Sed timidũ Ciceronẽ non diligẽ tissimũ cons.Sed crudelissimũ tyrannũ uocabãt.At Catilina ubi in agrum Fesulanũ cum fascibus & impatorio ornatu peruenit & exercitũ accepit a Manlio:statuit non prius bellũ gerere:quã exercitum auxisset:et quã paucissimis diebus milites maiorum disciplina:labori ac militiæ assuetos reddidisset.Catilina igitur uigilando/laborãdo/ordines instituẽdo/milites appellãdo/ mo nendo/hortando/magis magisq̃ indies ad militarẽ disciplinã suos reuocabat.Dum his artibus Catilina instruit exercitũ:Q. Catulus sumo splendore: & auctoritate uir:qui quondã Catili/næ familiaris fuerat:literas in senatu recitauit:quas sibi a Catili na datas esse dicebat.Quarũ exemplũ infrascriptũ est.

¶ L.Catulina salutem.Q.Catulo.Egregia tua fides recogni/ta grata mihi magis in meis periculis: fiduciã cõmẽdatiõi meæ tribuit.Quamobrẽ defensionẽ in nouo cõsilio non statui para re:satisfactionẽ ex nulla conscientia de culpa ꝓponere decreui: quã mediusfidius licet ueram agnoscas: iniuriis contumeliisq̃ cõcitatus quod fructu laboris industriæq̃ meæ priuatus statum dignitatis non obtinebã miserorũ causam pro mea ꝯsuetudine

suscepi non quia æs alienū meis nominibus ex possessionibus sumptū soluere non possem cum & alienis nominibus liberalitas Horestillæ suis filiæq; copiis persolueret: sed quod non dignos homines honore honestos uidebā: meq; falsa suspitione alienatū esse sentiebā: hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis cōseruandæ sum secutus. Plura cum uellem scribere nunciatū est mihi parari uim: nunc Horestillā commendo tuæq; fidei trado eam ab iniuriis; defendas per liberos tuos rogatus: uale.

¶ Sed cum ex multis aliorū literis crebrisq; nuntiis Romæ compertū esset Catilinā exercitui præesse: patriæ bellum inferre per multi erant: qui uehementer insimulabant: q tam capitalem r.pu. non cōprehendit: q principē cōiurationis emiserit. Et enī sic tum rationabant homīes: & inter se loquebant. Ad mortē Catilinā duci iussu consu. & grauissimo supplitio affectū esse iam pridem oportebat. In illum conferri pestem istam: quā nunc in nos machinat. Nam si illum cons. ut meritus erat morte mulctasset: bellū nullū haberemus: castra nō essent in Ethruriæ faucibus collocata. r. pu. nunc quieta foret. Non erat opus eo tempore misericordia: summa erat misericordia de hoste acerbissimū supplicīū sūmere: et unius improbi pœna uniuersam. remp. conseruare. Exemplū alii usurpātes sp. ellium regnū appetentē a. P. ser. hala. Tiberiū Gracchū apud Scipionē interfectos cōmemorabant. A. C. Mario. L. Saturninū trib. pl. & . C. Seruiliū Glauciā prætorem occisos esse propter quasdā seditionū suspitiones. Ciceronē uero eum quē acerbissimū hostem sciebat: quē expectari ducem & imperatorē in castris hostium uidebat: ad castra proficisci iussisse: ut patriæ bellum inferret. O conditionē miseram administrādæ. r. p. i q: diligēs morosus negligēs turpis: ubi seuerus crudelis & inhūanus: misericors/timidus ac dissolutus uocat: ubi errātū nulla uenia: recte faciēti exigua laus præponit. Cum antea L. Catilina in exilium profectus diceret: nō ille a Cicerone spoliatus armis audaciæ: nō Ciceronis cōsiliis atq; laboribus circūclusus ac debilitatus: non q ille cōmmuerit: sententiā mutauerit: Sed indēnatus innocens: in exilium delectus a cōsule: verbis et imperio dicebat. Non ille improbus: Sed timidus: non diligēs

consf. Sed crudelis uocabit. Sed cū essent tunc hoīes: qui hæc loquerent: idē si Catilina interfectus fuisset? qd dixissent. Nūc uero φ Catilina uiuit: φ supplicio mactatus est. Ciceronē nulli us consilii inertē: timidū ac dissolutū uocant. Nihil est pfecto o incertius uulgo: non delectu aliquo: aut sapiētia indicat: sed cōsi lia euentus ponderat: & cui bene. qd euenerit illum: multū pui disse: cui secus: nihil sensisse dicit. Sed hæc omittamus. Cum igi tur Romæ cōpertū esset: Catilinā exercitui pesse: patriæ bellū in ferre: fit. S. C. quo Catilina & Manlius hostes iudicati sunt: cete ris statuta dies: qua omibus preter rerum capitaliū condēnatis impune liceret ab armis discedere. Et si quis post hæc ad Cati nam pfectus fuisset: senatū existimāre: eum cōtra. r. pu. & salutē omniū fecisse. Decreuit nē senatus: uti cons. delectū haberēt. Et ut. C. Antonius cum iis copiis: quas colligere posset Catilinam terra mariq; psequeret. Cicero urbē ab insidiis defēderet. Neq; tñ hoc graui. S. C. perditorū hominū mentes sanatæ sunt. Nam nemo ex tanta cōiuratorū manu: nisi aut speculādi causa: aut in sidiandi a Catilina. discesserat: ptraq; pmulti ex agris: pmulti ex urbe ad illum pfluebant. Sed ex his ille seruos repudiabat: quo rum numeros ad eum multitudo irruebat: indignū esse existi mans cām ciuiū cum fugitiuis cōmunicare: & simul cogitās id: quod pfecto euenisset: si Romæ socii conata pfecissent: ingen tem ad eum undiq; ex Italia: perditorū hominū futurū pcursu. Et eīn nō solum illi Catilinā uincere cupiebāt: qui erant cōiura tionis participes: Sed quicūq; ære alieno pmebanī. Quicūq; pa trimonio naufratus. Quicūq; antea pscriptus fuerat: multi etiā honores sibi & ipēria turbata. r. pu. expectātes: alii ex tumultu et dissensionbus assueti cōsequi potentiā: bellum exoptabāt. Præte rea in magna ciuitate semp multi sunt improbi: facinorosi p diti audaces, turbulenti factiosi/egentes: qui nutu ad perturban dum ciuitatis ocium impellunt. Sed precipue delicata iuuentus: illi barbatuli iuuenes aut imberbes Catilinæ gregales: qui un guentis obliti composito capillo: uelis amicti non togis incede bant: Catilinæ consilia probabant. Et ex his complures se ad illa castra conferebāt. Ex hoc numero fuit quidam Fuluius auli se natoris filius: qui si Catilinæ amicitiam uitare potuisset: nihil a

maiorũ stirpe degenarasset. Erat lr̃is græcis & latinis optime in stitutus: ineratq; ingeniũ satis ac rei forma præterea corporis & summa uirtutis indoles: Sed is Catilinæ amicitia factus sui dis similis temerario impetu ad illa castra irruebat: quẽ seuerus pa/ rens ex itinere retractũ cum uerborum ↄtumeliis lacerasset: ne cari postea iussit. Fuit etiam opinio. P. Clodiũ Appium filium ea mente ex urbe discessisse: ut ad Catilinam iret. Deinde cõmu tato pñ ho in urbem redusse: itaq; Cicero ei multis in locis obi cit: quod fuerit socius cõiurationis: quod crimẽ & si abinimo obiectũ non falsum crediderim. Nam clodium nihil nõ ausu/ rũ fuisse: eius uita & mores cõuincũt. Nõnulli item. C. Antoniũ consulem in Catilinæ coniuratione esse dicebant: confirmaba/ turq; illorum opinio hoc uno argumẽto: ꝙ Antonius nunquã illa suspitionem cum Catilina societatis: quã de se tum homies habebant: aut inficiando tollere: aut dissimulando se dare cura/ bat. Neq; solum urbem istius furoris morbus: sed totam penæ italiam & obscure serpẽs multas iam ꝓuincias ꝑsuaserat. Q d ni fuisset in urbe pate facta cõiuratio: ꝑfecto Catilina breui tem pore infinitum exercitum collegisset: & ingentes facti essent un diq; mot9. In Apulia/in Brutiis/in Pelignis/Capuæ/in agro Pi ceno/præsertim/Pisauri & Camerti/in Etruria/in Gallia cterio re atq; ulteriore partim obscure: partim aperte uolitabat arma/ ta cõiuratorum manus. Sed motus ingens huius execratæ con iurationis a Marcellis patre & filio excitatus: indicante. L. Vec/ tio per Bibulum in pelignis per Ciceronem in Brutiis sedatus atq; compressus est. Et de utroq; per eosdem uendicatũ. In Gal lia autem transalpina. C. Murena legatus frater Murenæ cons. desi. in agro piceno gallicanoq;. Q. Metellus prætor egregius omnes coniuratorũ impetus & conatus prohibebant. Et ex his complures Metellus in uincula coniecerat. Q uamq; librario/ rum culpa (ut opinor) In Salustio mendose legatur hunc. C. Murenam citeriori galliæ legatum præfuisse. Nam illum hac empestate trãsalpinæ galliæ cum imperio affuisse tradit Cice/ ro. eodemq; auctore. Q u. Metellum celerem supra narraui/ mus in agrum Picenum & gallicanum a Senatu fuisse iussum Ad hæc Cicero consu. oẽs colonias iusserat ac municipia: ut

eorum oppida munirét:in armis haberent præsidia: atq; eorū fi nes ac urbes a Catilinæ excursione defenderét. Item. P. sestium quæstorē cum exercitu Capuam misit:q; eam urbem a cōiurat⁄ tis temptari audierat. Is igitˉ ut capuam uenit. C. Meulanū ho⁄ minē perditū. C. que Marcellū urbem illam ui occupare conā tem atq; seruile bellū excitanté:& multa ibi nefarie molientē ca pua exterminauit:eamq; ciuitatem periculo maximo liberauit. Qua de causa capuæ decuriones ppter salutē illius urbis cōsec ratā inaurata statua. M. Tulliū decorauerūt:& patronū sui asci uerunt. Pub. Sestio publice maximas egerunt gratias. Eisdem temporibus relicti in urbe a Catilina⁄duces⁄ciues⁄atq; peregri⁄ nos⁄ nobiles⁄medios⁄ infimos⁄ & cuiuscumq; generis homies ad bellum incitabāt: quos ipsi uidebāt nouarū rerum cupidos: & ad bellum utiles fore: Malleolos præterea ad incendendā ur bem parabāt:Catilinæ arma:atq; pecuniā clam subministrabāt. Erant tunc Romæ legati allobrogū ex ciuitate male pacata a se natu petétes:ut magno ære alieno eorū liberarét ciuitatē. Hos igi tur Lentulus existimās ad bellū societatē facile posse impelli pro pterea q gens Gallica natura pugnacissima est:& nouis rebus semp intenta:præsentéq; Po. R. statum odio habebat. In hac cō iunctiōe multa inerant cōmoda primū. Quod Gallia equitatu maxime abundat:cuius se uidebāt cōiurati multū indigere. De inde q allobroges finibus Italiæ pximi sunt atq; tumultu Gal lico excitato neminē arbitrabāt ꝯiurationi posse obsistere. Itaq; publio Vmbreno (q is gallis notus erat) negociū dedit:ut allo broges ad societatē requirat:qua ratione id fieri possit ostendit. Vmbrenus allobroges accersiuit:& rem diligenter uāsegit. Sed M. C. semp uigilabat:& puidebat:ut qd agerent ꝯiurati: qd mo lirentur:sentiret:ac uideret: & quo melius omnia inueniret. L. Torquati. P. Lentuli spinteris. Q. Catuli. M. Luculli. P. Seruili. M. Catonis. Q. sangæ multorūq; aliorū clarissimorū uirorum opera & cōsilio utebat. Hi optime de repu. sentiētes odorabant omia:& peruestigabāt:& quicqd inueniebāt statim ad cōsu. refe rebant. Voluit igitˉ fortuna. r. pu. ut legati de his rebus loquerēt tur cum. Q. Fabio clarissimo uiro: cuius patrocinio galli ute⁄ bantur. Is Ciceronis omniū consiliorū socius rem cōsuli properæ

minciat. Tum con.putans oblatam sibi facultatẽ:ut qđ semper optauerat cõiuratos manifeste ꝯuincere posset:legatos ad se oc culte uenire iussit. monet eos:ne sine causa hostes. Po.Ro.fieri uellent:ne ue eorum res florentes cum Catilinæ lentuli cætero rumq́ miserorũ perditis ꝯiungerẽt:non debere eos incerta pro certis captare:aut paruo cõmodo ingẽtia pericula subire. oẽ bellum incipi facile posse: non in eiusdẽ esse potestate eidẽ im/ponere finem. Catilinã dicit eius cõsilus/ laboribus/ multis fit/misq́ præsidiis circũclusum:ac debilitatũ fore:ut eum Antoni/us collega.exercitu facile opprimet. In urbe abunde cõsulta: ac prouisa esse oĩa:ne quis contra remp. se commouere possit. Quod si aliqđ eorũ non modo factũ:sed inceptũ ullum cona tumue cõtra.r.p.esset deprehẽsum.S.P.Q.R.pro sua consuetu dine seuere uindicaturũ proinde sibi:& eorũ ciuitati consulerẽt Quod si ea facere uellent:quæ ipse ostẽderet:eos habere faculta tem:ut oĩa:quæ a P.R.peterẽt:ꝯsequi possent. Legati ad hæc benigne respõderunt:uerum esse se a P. Lentulo ad bellum so/cios esse reqsitos. Sed eos nõ esse tam fortuna miseros:aut uo/luntate perditos:ut. P.R.multis laboribus collectã amicitiã su/bito effunderẽt. Cupere eos oĩa facere:q̃ ipse imperaret. Tum cons.eis præcepit:ut studiũ cõiurationis uehemẽter simularent: operam darent:ut a cõiuratis literas eorũ manu scriptas:& uni uscuiusq́ signũ extorquerẽt:ac eorum cõsilia oĩa diligẽter ex/plorarẽt. Allobroges operã suã polliciti rem nõ procrastinãt: p Sabinũ (nam ad eum primũ umbrenus gallos ꝑduxerat.) Lẽtulum: Cethegũ/ Statilium/ Item Cassium cõueniunt:ab illis lite ras & iusiurandũ, & signa postulãt:ut aliqđ iudiciũ ad suã gentẽ ꝑferãt:demõstrant aliter eorũ ciues ad tm̃ facinꝰ nõ posse ipelli. Tu3 illi nihil suspicãtes dant ad senatũ allobrogũ: ꝑplimq́ iusiu/randum:& literas eorum scriptas. Nihil est profecto tam peri/culosum:quã quod quis uellẽt esse occultu3: litteris cõmittere. Ad hæc mandãt:ut cum equestribus copiis quã primũ in Italiã uenirẽt:militibus sese abundare dixerunt. At Cassius ut facilius barbaros homines ad bellum impelleret: cum sciret exteras na tiones maxime nobilitate moueri:nõnullos nobiles nomiauit & secũ illos facere dixit. Lentos etiã ad incitandos animos allo

brogum dixit:ex libris sibillinis aruspicūq; responsis regnū Romæ dari tribus Corneliis:Cinnā ante & Syllam regalem habuisse potētem:se tertium illū fore cornelīū:ad quē summa imperiū decideret. Idemq; dixit: fatalē illum esse annū ad occasum obitumq;. R.P. Cum esset ab incenso capitolio uigesimus annus et decimus ab uirginū uestaliū absolutione. Quem annū fore aruspices. P.R. infaustū infelicemq; sæpe respondissent. Deinde cōiurati totius belli rationē senemq; gallis descripserūt. Sed ea quæ romæ facere cōstituerant:ita postea cōpertum est inter coniuratos diuisa ac distributa fuisse:ut cum. L. Seruius Catilina in agrum Fesulanū cum exercitu uenisset. L. Bestia Tribunus plebis cōcionem haberet:& Ciceronē in inuidiā uocaret:q̄ Catilinam irritādo bellum ciuile excitasset:ac eo signo nocte ea:quæ sequeretᷣ. L. Cassius & P. Statili9 duodecim urbis partes incēderent. Id aūt eo cōsilio ut hoc tumultu excitato facilior esset aditus ad ciuiū internitionē. Quāq; aūctor est quidā:illos centum delegisse uiros totidē urbis loca iflāmaturos: quosdā aūt alios distribuisse:aq̄rum ductuū septos aditus tenerēt intenti eorū iugulationi:qui ad exunguēda incēdia occurrerēt. Item eligisse alios:qui Cn. Pompeii domū obsiderēt: & eius filios uiuos caperent:atq; obsides seruarēt ad. Gn. Pompei piunctionē amicitiāq; pciliādā.q tunc p magnū in Asia exercitū ducebat:& pstans iā fama erat:illū plurimis & maximis iam cōfectis bellis breui in italiam redditurū. Ad hæc institutū erat:ut. C. Cethegus Ciceronis cōsulis domū ferro:& facib9 oppugnaret illiusq; trucidādi curā haberet:quo necato duos alios sibi uiros cōsulares: & quatuor ꝑtorios occidendos esse. Cæteros ciues manus iuuētutis duce Gabinio interficeret. Atq; inter eos etiā partitū erat: qui forū:q capitoliū:qui hostia:qui urbis portas occuparent. Statuisse ꝑterea id:qđ in expugnata hostiū ciuitate cōtingere solet:urbē diripere:delubra deorū imortaliū incēdere:matres familias:pueros ingenuos uirgines:& sacerdotes etiā deæ uestæ rapere:& oīa luctu:cadaueribꝰ:cruore ꝑpleri. Atq; cū totā p urbē cædes rapinæ atq; incēdia facta essent. Catilina cuȝ exercitu præsto esset:ut fugiētes caperet: & se cum his urbanis ducibus piungeret. Miror hoc loco cuȝ hæc Cicero ita distributa dixerit: Cur Salustius ea

aliter a cõiuratis diuisa narraret. Nam & Gabiniũ assumpsisse sibi partes incẽdii: & Cassium in galliam iturum fuisse scribat: cum cõtra Gabinius cædi: Cassius incẽdiis esset præpositus. In hoc tamẽ ego magis Ciceroni: qui ꝯiurationẽ patefecit: quã Salustio arbitror credendũ. Sed iam redeo ad illorum sermonẽ. Tum dixerũt galli sunt hæc oĩa lentule summa cum ratione prouisa. Sed quãdo erit illa nox optata: quãdo noster Bestia illam expectatã habebit concionẽ. Modicũ inquit Lentulus transibit tempus: saturnalib9 hæc fieri oportet. Tum Cethegus quæ mihi Lẽtule saturnalia narras: qd̃ modicũ tempus: hora nulla est interponẽda. nimimis momẽtis fiũt sæpe maxiæ reꝝ ꝑturbationes. Cum in oĩ re tum maxie in bello ꝑsertim ciuili celeritate opus est. Tarditas aũt & procrastinatioꝯ modũ nullũ damnum certe afferre potest. Quare uide Lẽtule: ne istud tuũ modicum tempus nimiũ sit & plusq̃ nimiũ longũ. Tunc cum oẽs alii respõdissent: saturnalib9 hæc fieri oportere: Cethegus ita inflamatus ira huc & illuc ferebat: ut sine ulla dubitatõe insanire ac furere uideret. frontẽ ꝑcutiebat: loco cõsistere nõ poterat sæpe manũ ad gladiũ apponens, quid moror inquit? Vultus erat ipsius plenus furoris: sermo arrogantiæ: spumas agebat in ore: ardebant oculi: ex aspectu crudelitas eminebat. Tum Cassius: cur Cethege nostra gaudia perturbas? Cur tu ait ille nostra gaudia moraris? Atq; iureiurãdo affirmat: sese si pauci illum sequãtur cunctãtibus aliis impetũ in curiam facturũ. Post hæc sequutum est modicũ silentiũ. Tum ita Lẽtulus allobroges alloquit. Quid Cethegũ nostrum existimatis illa nocte facturũ? cum sibi nunc uideret uenisse ad manus: putatis ne cõsulem: si exercitũ circum se haberet: hunc fortissimũ uirũ posse uitare? Recte aũt narras fortiorẽ eõ uirum nunq̃ uidimus. Deinde Lẽtulus sibi placere dixit: ut galli eodẽ itinere priusq̃ ad suã gentẽ ꝑgerẽt ad Catilinã irent: ut cum illo fœdus ac societatẽ ꝯfirmarẽt. atq; eis comitẽ adiũgit unũ Vulturciũ quẽdã: q illos ad Catilinã ꝑducat. Huic aũt uulturcio ipse dat ad Catilinã lr̃as sine noĩe scriptas: Si ita. Qui sim ex eo quẽ ad te misi cognosces: Cura ut uir sis. Et cogita: quẽ in locũ sis ꝓgressus. Et uide qd iã tibi sit necesse. Cura ut omniũ tibi auxiliũ adiungas etiã infimorũ: uale. Verbis

pterea mādatum cū hostis a senatu indicatus esset. Fuorū auxilio uteretur. et ad urbem ne cunctaret cum exercitu accedere in ur be diligenter: quæ constituissent: prouisa ac parata esse omnia. Postremo cum statuissent: ut legati allobrogū. III. No. Decem. ex urbe pficiscerent: unaq; Vulturtius eius: gallos a se dimittūt. Eisdem fere tēporibus. M. Crassus noctu ad Ciceronis domū uenit cum litteris. L. Catilinæ: in quibus illū Catilina. ueluti cōiurationis consciū ad cōfirmandas ꝯiurationis opes hortabat. Agit Cicero homini gratias: eiusq; erga patriā charitatem beniuolētiamq; collaudat. Quo aūt cōsilio id Crassus fecerit: siue ne cōiurationis socius existimaret: si casu detegeret cōiuratio: siue q̄ recte sentiret: nō satis exploratū habemus. Cicero tamē in quadā oratiōe: quā post Crassi mortem scriptā edidit. M Crassum cōiuratiōis socium fuisse scripit. At Cethegus semp incusabat socios: q̄ illi saturnalia expectādo magnam uictoriæ occasionem omitterēt. sine ulla mora: & ꝯfestum rem gerendā dicebat. Cunctando interim cōiuratione posse illustrari. Sed. M. Cicero cognita nocte qua legati pficisci deberēt: unaq; Vulturcius. L. Flacco & C. Pomptino prætoribus amicissimo animo præcepit: ut cum aduesperasceret: cū armatis hoibus q̄s occultæ ponte miluium ab utraq; parte obsiderēt: atq; ad id cōficiendū permittit illis delectos quosdā adolescētes reatinos: quibus ipse crebro ad custodiam sui capitis utebatur. Rem omnē aperit: & eorum fidei salutem urbis cōmendat. Illi aūt rem diligenter (sicut a consule præceptū erat) conficiunt. Ecce plus dimidia nocte exacta legati allobrogū: & cum eis Vulturtius magno comitatu ad pontē miluiū perueniunt. Cum subito ex una parte pontis. L. Flaccus ex altera. C. Pomtinius cum gladiis illos adoriunt: manus afferunt: allobroges primo gladios educūt: deinde cognito cōsilio cito se se prætoribus tradunt. At Vulturtius cum diu se ferro defendisset: postea exanguis & crebro p salute sua Pomtiniū orās se se illis dedidit: tunc prætores litteras a gallis & Vulturcio accipiunt: atq; celeri nuncio ad con. misso cum iam lucere inciperet: illos captos ad cons. perducūt. At consul Gabiniū/ Lētulum/ Cethegum/ Statilium/ ac M. ceparium statim ad se uenire iussit non dubitās pro salute. R. P. tot nobilissimorū hominū inimici

das suscipere. Cæteri omes nihil suspicantes sine mora ueniunt. Ceparius audita re ex urbe profugit. Sed is paulopost in itinere captus fuit. Et. C. Terentio in custodiā datus. At Cassius paulo ãte legatos quasi breui rediturus ex urbe discesserat. Cum uero allobroges cõsuli dixissent: Cethegi domū plenam ferramētorum esse: missus est ab eo. P. Sulpitius prætor: qui ex ædibus Cethegi ingenté attulit armorum numerū. Cum aūt cõsul quesiuisset a Cethego num in prouinciaz cum exercitu esset iturus: quod tanta armorū multitudiné collegisset: minime inquit. Sed bonorū armorum semp fui studiosus. Postea aūt senatu celeriter coacto cõiuratos & iudices cum magna equitū romanorū manu præsidii causa uenire iussit. Atq̨ introducto in senatū Vulturcio cõstituit Senatores. C. Cosconiū prætorem. M. messalam P. Nigidiū: Appium Claudiū: qui omniū iudicū dicta: interrogata: responsa perscribẽt: quos uiros nõ solum sola uirtute: & fide. Sed quos etiā sciebat memoria: sciētia: & celeritate scribendi facilime ea: quæ dicerent. persequi posse. a Vulturcio q̄siuit: qd sibi esset cum gallis: quo pergeret: ad quē a quo date essent litteræ illæ: quæ apud ipsum fuissent deprehēse. Vulturtius primum de itinere atq̨ literis multa fingere: ac dissimulare cæpit: postea aūt ei iussu senatus fide publica a cons. data dixit: a. P. Lentulo se habere mādata & litteras: se paucis diebus ante sociū a Gabinio: & Cepario in cõiuratione ascitum esse: atq̨ ita se audiuisse. P. Antroniū/ Seruium/ Sillam. C. Corneliū. L. Varguntēiū: complures q̨ alios in eadem cõiuratione esse. eosdemq̨ urbem inflāmare: Ciues trucidare: uastare Italiam: delere R. P. cõsensisse. Introducti aūt galli iusiurandū sibi: & litteras ad suam gentem datas esse dixerunt: Atq̨ ita se a. L. Cassio audiuisse omes: quos antea. Vulturcius nomiauerat: cuz illis facere. Eadem fere quæ Vulturcius edixerat de flāma: de ferro: de cæde ciuiuz: narrauerunt. Atq̨ magnā inter Cethegū & alios contentionē fuisse dixerunt ꝙ Lentulus & alii Saturnalibus hæc facere uolebāt. Cethegus id bellum celeritatis indigere dicebat. Item omia quæ Lentulus de fatis sibyllinis aliisq̨ rebus cum illis locutus fuerat: per quē ad eum: quotiẽscūq̨ uenissent: dixerūt. Tum. M. Tull. subito proferri lr̄as atq̨ aperiri iussit. Primuz ostendit Cethego, co/

¶ Posteaq; Cato assedit: Senatores pene oēs. Alii alios ti/ midos uocātes sniam eius approbāt: eius magnitudinē animi: eius ꝯstantiā: fortitudinē in cœlū laudibus efferunt. Deniq; fit. S C. in Catonis sniam. Sed Cæsar nec eo quidē rem impedire de stitit: quoad diutius illi in snia ꝑseuerāt magna equitū. R. ma nus: q̄ ꝑsidii cā armata circū ædē cōcordiæ stabat: siue ꝙ illū: qa ꝯiuratis mortis pœnā remoueret: participē ꝯiuratōis crederet: si ne ꝓmota piculo. r. p. strictis occurruissꝫ gladiis. Tū Curio ꝯple xu: togaq; obiecta eū ꝓtexisse tradit. Ad hæc Cicero quoq; illos increpās a Cæsaris nece deterruit. Ferūt cū int Cæsarē: et Catonē de reoꝝ pœna eēt ꝯtentio: euenisse rē auditu fœdā. Seruilia nāq; Catōis soror cæsaris āore sæuo saucia quasdā lras amatorie scri ptas cuidā parū prudēti ad illū ꝑferēdas ddit. huic ad cæsaris do

mō ueniēti cum ianitor Cæsarē in senatu esse dixisset. Confe/stim ille homo rudis in senatū uenit: Cæsariq́ epistolā tradidit. Quam cum Cato uidisset: clamare cœpit cōiuratorū illas esse litteras. easq́ palam recitari debere cōtendeabt. Tum Cæsar ueritus: ne publice legerent: eas Catoni porrexit. Quas cum Ca/to legisset: in Cæsarem reiecit: & illum natura sobrium: ebrium in Senatu uocauit. Habent hoc amores: & hæ: quæ delitiæ uo/cantur: ut uirum sæpe clarissimū faciant in aliquā turpitudinis incurrere maculā. Sed paulopost accidit res: quæ Cæsaris men/tem magis perturbauit. Nam apud Nouiū quæstorem a. L. ue/ctio factus est reus cōiurationis: & magnā illi. Q. Curius con/flauerat inuidiam. Quod illum in senatu participē cōiurationis nominasset. Vectius Catilinæ chirographū pollicebat. Cuius id se a Catilina comperisse dicebat. Cæsar grauiter ferens se hac tanta turpitudinis labe aspergi: sui expurgādi causa in Senatum uenit. Diutius aūt solito sedente senatu fit ad curiā ingēs infimæ plebis cōcursus atq́ impetus. Homies eñ turbulēti: qui de Cæsare senatum aliquid durius decernere arbitrarent: incensi illius amore: & periculo ꝑmoti clamores attollere cœperūt / Cæsaremq́ ut dimitteret: Senatū seditiose flagitare. Tum. M. Cato: ut Cæsari materiam seditionis subtraheret: Senatui persuasit: ut magnū plebi Ro. frumēti numerū diuideret. Qua quidē largitione p/fectum est: ut tenuiorꝫ animi mirifice Catoni: & uniuerso senatui reconcialitrent. Odit parcos Vulgus: largos liberalesq́ dili/git. Amat munificentiā. Ducit epulis mouet ludis flectit dōis. Et largitiōe cecant mētes hoim. Cæsar dein ꝑcionē habuit in q̄ ꝑcione docuit: nō modo se inter cōiuratos nō fuisse. Sed quedā etiam de cōiuratione cons. indicasse. Cumq́ ad hoc Ciceronis testimoniū implorasset: Cicero eum ab hac sceleris suspitione purgauit. Cōsul hoc ita fecit: siue quod de Cæsare nihil cōpertū haberet: siue quod potius cōniuendū putabat. Nam in Cæsarē & Crassum: & si manifeste cōuici potuissent: tamē animaduerti non poterat. Cum eorum alter ingētibus opibus: alter populari fauore munitus esset. At postea Cæsar uehementer in. L. Vectiū inuectus cum illum in concione asperrimis uerbis lacerasset: a cum postea direpta suppellectili: & pignoribus capus grauiter

mulctauit:Et Nouiũ questorẽ detrusit in carcerẽ. Q đ ꝓtorẽ passus esset apud se postulari maiore imperio prąditũ. Naȝ mgrãtus superiores non possunt:per inferiores:aut qui pari imperio sunt:cogi. Nec his contentus Cæsar perfecit: ne Curio præmia darent̃:quæ ei(qm̃ ꝑmus Cõiurationẽ detexerat) Decreta erãt amplissima. Sed ut eo reuertar:unde discedere mulu mihi propter Cæsaris mentionẽ necesse fuit. Erant tunc Nonę Decẽbres iamq̃ aduesperascere incipiebat: Cum post longã cõsultationẽ in senatu habitã tãdem ex Catonis sẽtẽtia Senatus (ut diximꝰ) Suppliciũ de reis summendũ statuisset. Cõsul igit̃ optimũ factu iudicans noctẽ:quæ instabat antecapere: ne quid dirum aut foedum:eo spatio ab iis ageretur:qui per uim illos eripere cogitabant:Curia egredit̃ comitãte Senatu:equitibus. R.& iuuentute nobilium armata:& inde ad ædes eorum ꝓfectus a quibus rei seruabant̃. Primo Lẽtulũ: Qui in Lẽtuli spinteris custodia erat ex pallatio per uiam sacram:ac per mediũ forum ad carcerem duxit:& Carnifici tradidit iubẽs ut statim ei laqueo gulam frangeret. Sed nequa seditio oriret̃: Cõsul illos equites. R. cum scutis deductis gladiis in cliuo Capitolino collocauerat. Hoc ideȝ de Statilio/Cethego/Gabinio/ac Capario factum est. Nam ad carcerẽ per prætores educti oẽs strãgulati sunt Posteaq̃; oẽs necati fuerũt: Cõsul ut conatus:ac eoꝝ spem/qui per noctẽ aliqđ moliri parabant:debilitaret ac præcideret: ad multitudinẽ conuersus magna uoce.ut oẽs exaudire possent:uixerunt inquit Hoc leuiore uerbo illos interiisse significans Hæc cum dixisset Nox iam aderat. Tum consul domũ uersus iter cœpit mirifico hominũ comitatu: Summaq̃ cuȝ gratulatiõe P R. quacũq̃ iter faciebat per oẽs urbis/Vicos/ Lampades lychini/tedæ/atq̃ faces lucebant/e fenestris/ex hostiis effusi uiri/ atq̃ mulieres Ciceronem urbis cõseruatorẽ/Custodẽ libertatis: Patrem patriæ appellabant q̃ ciues essent/q̃ liberi/q̃ uiuerent/ eius uirtuti accepttum ferẽtes. Hæc frequẽtia: & Pompa domũ usq̃ illum celebrauit. Omitto hic ego postea totius Italiæ lætitiã:atq̃ gratulationẽ honestissimas præclarasq̃ municipiorũ:& coloniarũ laudutiones relinquo:gratias prætereo: quæ Tuȝ.M. T quæ L. Flacco &.C. Pomptino a bonis uiris sunt actæ:Interea Cicero P. Sesti

um capua literis acersitū cum il'o exercitu: quē tum secū habe/bat Antoniū summa celeritate cōsequi iussit. His rebus gestis ciuitas: quæ omīs antea trepida erat: metu liberata est: & ualde reliqui cōiuratoīs impetus sunt retardati: & eximiā quandā: atq; immortalē togatus Cicero iunctā inuidiæ: ac multorū inimicitiis implicatā glīam est ꝯsequut9. Totius em̄ libidinosæ ac dlicatæ iuuentutis: improborūq; omnīū in se odia ꝯtraxerat. Qui Ciceronem nō solū iccirco oderāt. ꝙ eoꝝ impetus horribilis conatusq; nepharios repræsserat. Sed etiā ꝙ nihil huiusmōi eo uiuo unq; se pficere posse sperarēt. Itaq; permulti: in qbus etiā. C. Cæsar. S; maxie. L. Bestia: et. Q. Metellus Nepos Cicerōis res gestas reprædēdere: ac uexare ceperūt. Cum igit pridie. Kal. Ian. Cicero abiens cōsulatu uellet res: quas in magistratu gesserat: (ut mos erat) in ꝯciōe diceř. Q. Metell9 Trib. Pl. illi ne diceret ꝓhibuit. indignū esse dicēs facinus: ei: qui in alios animaduertisset indicta causa: ad dicendū ipsi ꝑtātem fieri oportere. Quæ res tn̄ Cicero ni lōge honorificētior fuit: quā si illi concionē habere ꝑmisisset. Nam cū Metell9 ei tm̄mō ut iuuaret: ꝑmitteret: Cicero iurauit remp. atq; illā urbē sua unius opera esse saluā: cuius Iusiurandū tale: atq; tn̄ uniuersus. P. R. una uoce: & ꝯsensu appbauit: et illū uere iurasse iurauit. Hanc eius gloriam. P. R. alia glīa cumulauit. Nā illo & eodē die Popul9 eum maxīo honore sūma lætitia: atq; frequētia e foro domū rduxit. Kal. uero Ia. ea magnitudine animi de rep. loquut9 est: ut omēs intelligerēt: ea q̄ in ꝯsulatu gesserat: uirtute nō casu esse gesta. Et. Q. Metellū secū de re pu. disputantē fregit in Senatu orōe plenissima grauitatis ostenditq; ei Cicero sibi cū uiro fortissimo: & ad dicēdū paratissimo futurū esse certamē. Ex hoc eius aduersarii magis irritati: ꝙ illū in senatu principē uidebāt: ad plebē confugerūt. Tū Metellus socio atq; adiutore. C. cæsare ad pplm rogationē tulit: ut Pom. ad urbē cū exercitu reuocaret: eiq; r. p. cōmitteret: ut uideret neqd detrimētī caperet. Et uerbo quidē Pōpeius ad urbē uocabat: ut Catilinā debellaret: re aūt uera id agebat: ut in Pōpeii dictionē imperiūq; resp. decideret: & ut Marci. Tul. cōsularis auctoritas & senatoria illa ex ea re infringeret potētia: atq; homīs successione ꝯseruare. r. p. glīa minueret. Huius nephariæ ꝓmulgatiōis

cum in senatu mētio facta esset:surrexit.M.Cato:petiit a Metel/
lo p sua fide:ac dignitate pluribꝰuerbis:ut ab incœpto desisteret
obsecrās illum Per sui patris mortui cinerē:per numidicū illū
Metellū:qui maluit de ciuitate dimoueri:q̄ȝ turpiter iurare:per
omnes metellos ꝓ̄ clarissimos ciues:qui seditiosis hominibus
semp restituerunt:qui senatus auctoritatem:bonorum consen/
sum omībus in rebus semp sequuti fuerūt. Ostēdebat aūt nihil
opus esse:ut pompeius ad urbē cum exercitu uocaretē. Propte/
rea ꝙ magnū exercitum Caius Antonius:magnas etiam copi/
as Q.Metellus celer illius frater contra Catilinam cōparassent
atq̄ȝ oppressis domesticis hostibus:a quibus fuerat magis cauē
dum:Ita coniuratio esset debilitata:ut nullam calamitatē ab im
portūo illo gladiatore.r.p.accipere posset.Sed cū metellus neq̄ȝ
æquitate oratōis:neq̄ȝ auctoritate.M.Catonis moueretē:Cumq̄ȝ
euȝ cæteri senatores:neq̄ȝ rogādo:neq̄ȝ monēdo de addicta snīa
mouere possent: Sed oīa ille ui & armis se acturū minitaretē.
Cōfestim Cato mutata orōne comitiū ei mirificū fecit:& illum
tanq̄ȝ reū accusauit cū orōe plenissima grauitatis:cum laudatiōe
atq̄ȝ approbatōe cūcti senatus: & ad extremū addit:nūq̄ȝ se uiuo
passurū:ut ad urbē cuȝ exercitu Pompeius reuerteretē Sed adue
niente rogatiōis die cum metellus:& Cæsar prætor tēplum Ca
storis de nocte armatis homibus occupassent: ualde dissedere
boni cœperūt:ne lex ferretē.Armati n.homies forū:& ꝓciōes te/
nebāt.Et plebs urbana:quæ noua semper uidere cupit:Metello
ad legē ꝓ mulgandā fauebat.Itaq̄ȝ per multi Catonē monebant
ut salutis suæ rationē haberet:Sed ille incredibili quadā atq̄ȝ in/
audita magnitudie animi:grauitate uirtute ꝓditus.Qui nō sibi
Sed se pr̄iæ natū putabat:piculosæ facere maluit:q̄ȝ ꝓcipitāti.r.p
nō subuenire.Itaq̄ȝ nō mō sine ullis copiis:ac manu:uerūetiam
cum paucis amicis mane descēdit i forū cūctis adeo de uita eiꝰ
uiri timētibus:ut nōnulli Catonis familiares lachrimas nō tene
rent:cūq̄ȝ illū neq̄ȝ fletus assiduus uxoris suæ sordesq̄ȝ lugubres:
neq̄ȝ sororꝝ lachrimæ:et suorꝝ omiū mœror et squalor icredibil'
domi ꝛtinere potuisset. Cato igitē aīo fortissīo solū cū Munatio
thermo collega(nā cæteri ab iis ꝓhibebāt:qꝫ aditꝰ tēpli tenebāt)
uenit i tēplū.Sedebat i rostris metellꝰ:metello ꝓximꝰ cæsar tum

Cato:ut mutuũ illorum interrũperet sermonẽ: medium sese inter eos coniecit multis plaudẽtibus & illius magnitudinẽ animi admirãtib9. Insignis tum fuit opera Catonis: præclara Thermi eius college. Nam cum librarius Metelli rogationẽ a Catone legere phiberetur: Metellus eam ipse ipse in manus assumens legere cœpit. Sed ꝓfestim Cato legem illi e manibus eripuit. Metello deinde uerba legis sine scripto referenti (eã.n.memoriter cõplectebaĩ) Thermus ad illius os manus opponẽs uocem præclusit. Hæc cum Metellus grauiter ferret: operæ: gladiatoresq̧ illius signo dato clamorẽ satis magnum sustulerunt impetumq̧ facere cœperũt. Eo metu iniecto repẽte magna quærimonia om̃is multitudo de foro discessit. Eiectus Cato đ Rostris: & pene solus in foro relictus ad huc uoce & clamore pugnans cũ a multis ferro: & lapidibus appeteretĩ: subsidio. L. Murenæ conf. seruatus est. Tum Metellus se Catonem uicisse putans armatos discedere iubet: & iterum ad rostra reuersus legẽ ꝓmulgare cœpit. Sed hi qui profugerãt redeuntes mutata uoluntate Metellum clamoribus: & conuiciis: & sybilis cõsectabanĩ: retuerso Catoni plaudebãt fauebant. Q uapp Metellus ualde perturbatus debilitatusq̧ cum suis e foro discessit. Cato aũt cum. P Ro studiũ multis uerbis laudasset: hortatusq̧ esset illum: ut legi resisteret incũbenti ad perniciẽ R. P. & ciuile bellũ excitanti mirifica hominũ lætitia summa cum gloria se domũ recepit. Deinde cum in Senatu multa uerba facta essent de hac Metelli armatorũ excursione: delapidationib9: atq̧ fuga bonorũ: nõnulliq̧ aculei fuissent in. C. Cæsarẽ coniecti: nõnullæ cõtumeliæ in Metellum: Senatus decreuit: ut Metellus tribunatu: Cæsar aũt se p̃tura abdicaret: amboq̧ se ab administratione reipu. abstinerent Nec his pœnis cõtentus Senatus cum etiã Metello ignominiæ notam inurere uellet: contradixit. M. Cato: & ne id faceret Senatum dissuasit: ualde tum a Po. Ro. laudata est illius mansuetudo: & consiliũ approbatũ: ꝗ ea quæ faciebat: Q uæq̧ gerebat: non odio alicuius. Sed adductus amore reipu. faciebat. ita Metellus priuatus administratiõe reip. & a plebe relictus in Asiam profisci statuit quasi hæc om̃ia ad Gn. Pomp. delaturus. Sed prius contiones habuit: in quibus ille Senatum cõtumeliose læde

batiaiebat se regnū Ciceronis: tyrannidē Catonis perferre non posse: uenturū tempus.quo P.R.uehemēter pœniteret: Quod Gn Pom.clarissimū uirū tot iniuriis affecisset: Sed postea Pompeius Catoni: & Marco Tullio nō modo nō succēsuit: Sed utrique gr̄as agit. Quin immo ut Cicero in secūda philippica: & libro primo officiorū refert: ut Pompeius primū decedēs ex Syria Ciceronē uidit: illum cōplexus & gratulans multis audiētibus dixit: frustra se tertiū triumphū reportaturū fuisse: nisi Ciceronis in.r.p beneficio ubi triūpharet: esset habiturus. Ac postea in ꝯcione quadā dixisse fertur: rempu.romanā iustissimas municipio arpinati gratias agere debere: ꝙ ex eo duo sui ꝯseruatores extitissent.C.Marius: et.M.Cicero: quorū alter eam a domesticis: alter eam ab externis liberasset periculis.Sed iam ad Cæsarem reuertor.Qui cōtempto Senatus grauissimo decreto cū diutius in magistratu ꝑseueraret: senatus quibusdā negotiū dedit: ut illum per uim ꝓhiberent. uestem tum Cæsar mutauit: insignibusq; prætoriis abiectis mœstus se domi inclusit tempestati cessurus.Hac re patefacta biduo post cum ingēs mľtudo ad Cæsarem cōuenisset eiq; in restituēda illius dignitate operā suā seditiose polliceret: Cæsar laudato approbatoq; illius studio plebem ualde incitatam in patres oratione: qua ipse clarus habebatur: sedauit.Quæ quidē modestia senatui: cuius iudiciū semper fuit: homines ab improbis conatibus metu uel pœna deterrere ad recte facta præmiis allicere: adeo placuit: ut Cæsari per principes ciuitatis gratias egerit: illumq; in curiam accitum: eiq; restituta prætura: laudibus amplissimis affecerit. Plura me dicere parantē Catilina: a quo iam multum digressi sumus: ad se reuocat.Qui dum ea Romæ gerebanť (ut aliqui dixerunt) circiter iam uiginti milia hominū collegerat. Mea aūt s̄nia maiorē esse impiorū manū aggregauerat.Sed ex his oībus erat pars quarta militaribus armis instructa: reliqui uero non pro militari disciplina arma.Sed illa fere: quibus homīes itinere uti solent: portabāt.Is igit̄ Catilina copiis per montes asperos iter facere: sæpe mouere castra: & eadē uallo fossaq; fortissime cingere: modo urbem: modo galliam petere: hos obsidere montes paulopost ad illos transgredi: nunc equo: nunc pedibus iter fa/

cere. Item creqras uigilias ponrexeas ipse cum primis circumire in operibus in agmine multis adesse: milites omnes benigne appellare/monere/hortari/Sæpius ipse humi requiescere: quo libentius laborē alii tollerarent: postremo nunq̃ Antonio pugnandi potestatem facere: q exercitum prolatādo copiasq̃ augeret magna quotidie ad illū cōfluente multitudine undiq̃ ex italia perditorum hoim latronūq̃: qui spe prædādi: studioq̃ bellandi agriculturam: & questū quotidianū reliquerāt. Et simul q tutius Catilina esse arbitrabat expectare tempus: quo socii Romæ incepta psecuissent: & ad urbem accedere: quā fortunā belli temptare. Iamq̃ patriæ signa inferre properabat: cum nuncius ad eum puenit: q illi romæ patefactā esse piurationē: & de illis: quos supra cōmemorauimus: sumptū suppliciū nunciat Hoc igit̃ nuncio cōmotus Catilina iter ab urbe cōmutato cōsilio ad Galliā transalpinā uertit: sperans gallorū gentē nomini romano infestissimā: & nouis imperiis semp studentē ad belli societatē facile posse impelli. Cogitauit exteras natiōes armatas ad urbē adducere: & exercitus cōficere maximos. Augebat̃ eius spes: q Allobroges: qui finibus italiæ pxiores sunt: a qbusdā cōiuratis magnis pmissis sollicitabant̃: & galli non inuiti illos audiebāt. At. Q. Metellus prætor: qui in agro piceno cum tribus legionibus psidebat: de Catilinæ itinere ex perfugis certior factus castra celeriter pmouit: & sub infimis montis radicibus: per quē Catilina iter in galliam facturus erat: Castra trium legionū fecit: & cum magno equitatu leuiq̃ armatura insidiaturus locis idoneis consedit. Quod ubi Catilina cum iam in agrum pistoriensem peruenisset: cognouit. Multis de causis nō cunctandū amplius existimauit: qui cum Antonio quāprimū pugna decertaret. Quarū causa illa fuit iustissima: Quod cum uideret a fronte cum tribus legionibus hostem metellū adesse: a tergo Antoniū cum magno exercitu: qui illum in fuga persequebat̃: A lateribus mōtes: a qbus fuga salus peti prohiberet̃: perfacile factu esse arbitrabatur posse aduersarios uiis: cōmeatu interclusō sine ullo uulnere potiri uictoria: si expectaret: ut duo illi exercitus in medio illum clauderēt. Et simul ueritus ne cunctando exercitus dilaberetur Nam multi ab illo post nuncium rei Romæ male gestæ persu

gerant. Plures etiam ad illum ire festinantes retro domũ redie rant. Accedebat huc: ꝙ indies hostium numerus augebatur: sol licitabaẽ etiam inopia rei frumẽtariæ: ꝙ uiis undiq̃ clausis cõ/meatus nõ facile supportari poterat. His igiẽ causis Catilina: & cũ nullã neq̃ fugæ neq̃ præsidii: nisi in prœlio spem uideret: for tunam temptare: & extremũ auxiliũ experiri decreuit. Q uapro pter aduocato cõsilio omniũq̃ ordinũ ad id consiliũ adhibitis militibus habuit orationẽ: quæ quãuis in Salustio inserta reperi atur: tamẽ qa illa non tam ꝓpria Salustii: q̃ Catilinæ esse posset iccirco: eius exemplũ infrascripsi. Nam tradit Iustinus: ꝙ Pom/peius Trogus magnus historiarũ scriptor Liuium & Salustius reprehẽdit: ꝙ multis in locis cõciones direptas pro suis oratõi/bus eorũ libris interposuerint. Itaq̃ illas oratões: quas Salustius in Catilinario posuit in persona Cæsaris: & Catonis de cõiura/torum pœna inuicẽ interse altercantiũ: quas nos quoq̃ huic no stro operi interseruimus: eas ad uerbũ fuisse Cæsaris et Catonis auctore etiã Plutarcho minie dubitandũ est. Q ui scribit in uita Catonis. M. Ciceronẽ in Senatu quosdã adhibuisse scriptores: q celeritate scribẽdi facillime Senatoꝝ snias ꝓsequebaẽ eoq̃ mõ illã Catõis orationẽ fuisse seruatã. Sed ista siue Salustii: qđ ego magis credo: siue Catilinæ fuerit: iustis đ causis illã hic potiꝰ q̃ meã põere uolui. Nũc igr̃ C. ad pugnã milites hortãtẽ audiamꝰ

Compertũ habeo milites uerba uirtutẽ uiris nõ addere: ne q̃ ex ignauo strenuũ neq̃ fortẽ ex timido exercitũ oratõe iperatoris fieri: sed q̃nta cuiusq̃ anio audacia natura aut moribus inest: tãta in bello patere solet. quẽ neq̃ gloria neq̃ pe/ricl'a excitãt: neqcquã horrere: timor animi auribꝰ officit. sį ego uos quo pauca monerẽ aduocaui: simul uti cãm ꝯsilii mei ape rirẽ. Scitis eqdẽ milites socordia atq̃ ignauia Lẽtuli q̃ntã ipi no/bisq̃ cladẽ attulerit: quoq̃ mõ dũ ꝑsidia ex urbe opperior: i Gal liã ꝓficisci nequeri Nũc uero quo i loco res ur̃e sint: iuxta mecũ õnes itelligitis. Exercitꝰ hostiũ duo unꝰ ab urbe: alẽ a gallia ob/stãt: diutiꝰ i his locis eẽ si maxie anius ferat: frumẽti atq̃ aliaꝝ re rũ egestas ꝓhĩbz: quocũq̃ ire placz ferro iter apiendũ ẽ Q uapp uos moeo u i forti atq̃ pato anio sitis: et cũ ꝓliũ inbitis memie ritis uos diuitias: glor ã: decꝰ: ꝑterea libertatẽ: atq̃ ꝑrias i dextris

uestris portare Si uicerimus omia nobis tuta erunt: cōmeatus abūde municipia atq; coloniæ patebunt:si metu cesserimus ea/dem illa aduersa fient:neq; locus/ neq; amicus quisq; teget:quē arma non texerint.Præterea milites nō eadem nobis & illis ne cessitudo impendet:nos pro patria/ pro libertate/ pro uita/ pro uirtute certamus/ illis superuacaneū est pugnare pro potentia paucorum:quo audacius aggredimini memores pristinæ uir/tutis:licuit uobis cum sūma turpitudine in exilio ætatē agere.Po tuistis nōnulli Romæ amissis bonis alienas opes spectare: qa illa fœda atq; intollerāda uiris uidebant: hæc sequi decreuistis: si relinquere uultis audacia opus est: nemo eni nisi uictor pro pace bellum mutauit.Nam in fuga salutem sperare cum arma quibus corpus tegit ab hostibus auerteris ea uero demētia est semper in prœlio iis est maximū periculū:qui maxime timent audacia pro muro habet:cum uos cōsidero milites:& cum fa/cta uestra existimo:magna spes me uictoriæ tenet/anim9. ætas uirtus uestra me hortat: præterea necessitudo quæ etiā timidos fortes facit:nam multitudo hostium ne circūuenire queat:pro/hibent angustiæ loci. Q uod si uirtuti uestræ fortuna inuiderit: cauete ne inulti animā amittatis: neu capti sicuti pecora potius trucidemini:quam uiroꝝ more pugnantes cruentā atq; luctuo sam uictoriam hostibus relinquatis.

¶ Hæc cum dixisset:ex castris copias omes educit: ac primū suū:deinde omium e cōspectu remouit equos:quo milites eq/to omium periculo firmiori aio in prœliū prodirēt:& ne qua spes in fuga relinqueret. Deinde Aciem hoc modo instruxit: ꝯstituit in fronte cohortes octo: & in his unum quēq; ex Centu rionibus:& Militibus gregariis electum:& optime armatū di sponit:in media Acie Syllanos Milites:qui etsi erant pauci pro pter uirtutē tamē magnā in eis Catilina spem uictoriæ habebat Illos uero:quibus ad pugnā:aut propter imperitiā rei bellicæ: aut propter ꝙ minus cōmode armati erant:non multūꝯfidebat i subsidio collocat:ut speciē opinionēq; pugnantiū præbētes ho stib9 terrori essent. Atq; in sinistro cornu fessulano quodā i dex tro C.Mallio præposito:ipse in media acie prope aquilā astitit quam fatalē ad perniciē R.P. fore putabat. Tali instructa acie

Catilina paulo lõgius progredit a suis munitionibꝰ:ut si uellet Antonius prœlio cõtendere:ei potestas non deesset. Quod ubi Antonii exercitus cõspexit:clamant occasionẽ negocii bene gerendi omittandã nõ esse:ad certamẽ descendi oportere. At Caius Antonius & si propter multitudinẽ suorũ: hostiumq; paucitatem:& ueterẽ belli gloriam multis partibus se superiorẽ existimaret:tamẽ nimiũ metuẽs cõmunẽ martẽ:incertosq; belli euentus prœlio decertare nolebat. Dubitãte igit Antonio:atq; eorum cupiditati resistẽte:sibiq; pugnare nõ placere clamitante: subito illũ Quæstor suus. P. Sestius uir fortis orare:atq; obsecrare cœpit:ne dubitaret signũ dare:interdũ etiam illum incusare:quod magnas oportunitates prolatãdo corrumperet. Victoria inquit nobis a diis imortalibus portendit. sicut em̃ semper depoposcimus:animo sunt milites addimicandũ parati:nõ facile occasionem postea reperiemus. Quod si se Catilina in galliam recipere poterit:non sine multo sanguine:& totius Italiæ uastitate uictoriam adepti erimus. Multa alia eiusdem generis ad sẽs tandem Antoniũ in eam sniam:ut cum Catilina cõfligeret:traduxit Quapropter Antonius pmisso exercitu M. Petreio uiro præstanti animo:& uirtute:summaq; apud milites auctoritate:& mirifico in re militari usu:ipse quoniã ualitudine minus cõmoda utebat:in Castris permãsit. Tũnc. M. Petreius ex castris producto exercitu quãq; milites studio pugnæ ardentes uideret: eos tamẽ adhortari optimũ factu iudicans concionem aduocat:& milites his uerbis cohortatus est.

ET si minime oportere intelligebã milites:uti uos in hac causa ad laudem adhortarer. Propterea q nemo est tam ignarus rerum:aut tam stultus:qui nõ intelligat Si hoc tẽpore (qd dii omnẽ auertãt) Catilina uicerit non modo crudelẽ supbãq; nobis dñationẽ. Sed ignominiosam:et flagitiosam esse ferendã:nec ullius supplicii acerbitatẽ recusandã. Nostis Catilinæ imanitatẽ. Scitis in eo nihil præter audaciam:supbiam libidinẽ petulantiã/contumaciã. Nostis amicos:nostis genus eius totum uniuersum Aleatorũ:ebrium:paricidarum. flagitiosorũq; omniũ. Vrbem ille latronibus suis diri

picundã se daturũ; promisit fortunas nostras:uillas:atq; domos iam sibi difiniũt:et int̃ se dispartiũt. Neq; solũ illi fortunas nr̃as Sed irati etiã sanguinẽ ɔcupiscũt. Nullꝰ ẽ eis ludꝰ iocũdiorquã sanguinis effusio:quã cruces:quã uerbera:quã añ oclos torm͡ẽta ciuiũ. Erg sanguinẽ hũanũ sollaci cã biberũt: cuius nũc sãguinem eos in tanta siti:atq; bonorũ odio nõ haurire cẽsetis? Q uẽ igit̃ hæ res tam atroces:tã imanes nõ excitarũt:apd̃ hunc cuiusq̃ pficiet:aut ualebit oratio? Faciam tamen ego milites ut summi gubernatores solẽt:qui nauẽ secũdis uentis celerẽ cursum tenẽtem remis tñ impellũt:et ut boni aurigæ faciũt:qui quãq; equos currẽtes uidẽt:eos tñ uoce:& calcaribꝰ urgent. Sic ego uos ardẽtes:& his rebus uehementer excitatos ad libertatẽ defendendã cohortabor:& ut dr̃ currẽtes incitabo. Q uare pcipite quæso diligẽter quæ dicã:& ea pœnitus animis ur̃is mẽtibusq; mãdate. Agit̃ nũc milites nõ quã late:aut quã magnifice. P. R. fines futuri sint. Sed ut quæ multis maiorũ nr̃orum laboribus:uictoriis:multis annis parta sunt hodierno die gladiis nr̃is retineamꝰ. Nõ estis nunc de gloria:de uectigalibus:aut pro sociorũ iniuriis:pro quibus semp. P. R. exercitus certare ɔsueuit:Sed pro uestra. R. P. dimicaturi:pro deorũ imortalium templis: pro fortunis omniũ: pro aris atq; focis/pro coniugũ uestrarũ:ac liberorũ anima:pro libertate:pro salute deniq; totius orbis terrarum. Est nobis certamen cum imani tetraq; belua:quæ quoniã in foueã incidit:obruatur. A tergo/a frõte/a lateribus tenet̃ premit̃/urgetur. Si eñ elapsa erit de manibus nostris.aduolabit:repẽte ista pestis imanis in agros suburbanos uastabunt̃ tunc agri: diripiẽtur uillæ:tecta urbis ardebũt:matresfamilias:pueri ingenui arripient̃:& militibus tradent̃. Versabitur in curia timor:in foro cõiuratio: in campo exercitus. In omni aũt sede ac loco ferrum atq; flamma dominabit̃. Si unq̃. R. P. militum uirtutẽ:auxilium:fortitudinem implorauit:hoc inquã tempore implorat:quæ facibus & telis impiæ cõiurationis obsessa uobiscũ sic agit:& quodammodo loquit̃. Multa:quæ in libera ciuitate ferenda nõ essent pfessa sum. Q uod eñ unq̃ tẽpus fuit? Q ui dies? quæ nox? cum non sit per istos scelus aliquod cõtra me admissum? Q uæ cædes per hosce annos sine istis facta est? Q uod facinus? Q uod

flagitium non per istos? superiora illa quamq̃ intollerabilia fue runt:tamē ut potui:tuli. Nunc uero me totam esse in metu: & in maximū discrimē adductam ꝑpter hunc unū quis ferre pos sit? Itaq̃ uos nunc o fortissimi milites rogo atq̃ oro:ne me diui no consilio & consulis prudētia a Lentuli Cæterorūq̃ intestino rum hostiū insidiis ereptam ab huius nefario latrocinio oppri mi patiemini. Vobis ego præterea arcē: & Capitoliū:uobis mu ros:penatas aras:sepulchra maiorū:leges:iura:libertatem:com/ mendo. Maiores uestri non solum ut liberi essent. Sed ut impe rarent:Certabant. Vos uero ut huius impuri latronis teterrimū crudelissimūq̃ dominatū fugiatis Quid tandem facere oporte bit? Quāꝑpter o fortissimi milites: quoniā res est indiscrimen adducta:aut libertatē ꝓpriam Romani generis & nominis ue/ stris armis hodierno die retineatis: aut seruituti mortē antepo/ natis. Illi enī illi scelerati:quos inuictoria cecideritis:etiam apd inferos parricidii pœnas dabūt. Vestrū uero si qui extremū spi/ ritum in acie effuderint:piorum erit sedem:et locum cōsequu turi. Hæc uobiscū patria mea nunc attendite. Cum multa & ua/ ria milites impendēt hominibus genera mortis: Gaudendū po tius nobis q̃ dolendū uideretur. Si id genus quod est pulcher/ rimū: Scilicet pro patria uitam ꝓfudisse nobis obtigisset. Atq̃ re tenta morte nostra fuisset ciuitatis libertas. Nam uita breuis est cursus uero gloriæ sempiterꝰ. Cūq̃ omibus sit diffinita mors optandū esset:ut pro patria potissimū reddita esset. Et enī si non spiritu at gloria sempiterna uiueremus. Nunc uero quod mor te esset repellendū:id nos sine cuiusq̃ nostræ sanguine uitare pos sumus. Quod quo melius intelligi possit. Exponam uobis mi lites:ex quibus hominū generibꝰ istæ preclaræ Catilinæ copiæ comparatæ sunt. Atq̃ eas ex tribus hominū generibꝰ conflatas esse audio. Primum genus eorum est ex his Colonis:quas se/ sulis Sylla cōstituit. Hi largius suo usi nouas tabulas a Catilina & locupletum ꝓscriptiones expectant. Meminerūt enim Sylla/ nis temporibus ex modicis repente fieri diuites. Hosce ego quā q̃ fortes uiros esse audio:eos tamen minime perumescendos puto. ꝙ aut robur illud pristinum ocio & uoluptatibus erit so/ pitum:aut si adhuc permanebit: uirtute uobis & numero pares

M iiii

Hac habita oratione mirum immodũ accensi sunt militũ animi:tantaq; alacritas:cupiditasq; pugnã di omibus innata est ut uix signum expectarent. Petreius duplici Acie instructa:uete ranis cohortibus infronte: post eas reliquo exercitu in præsidi/ is collocato:atq; rebus omibus diligenter explo ratis:exposcen/ tibus militibus & studio pugnæ ardentibus tubasignum dedit. Signo dato ita acriter utrinq; mihi hostes ĩpetum fecerũt:ita re/ pente celeriterq; procurerunt:ut spacium pila in hostes cõicien/ di non dareĩ:reiectis pilis cominus gladiis pugnant. Catilina/ rii in extrema spe salutis cõstituti acriter instant. Veterani petreĩ dictis incẽsi:& ueteri belli gloria impulsi hostium ĩpetum forti/ ter excipiunt. Pugnatur diu utrinq; fortissime & acerrime. uehe mens fit clamor:crepitusq; gladiorũ cum gemitu itermixtus. In dignatio hos:& belli gloria:illos necessitas & desperatio impel lit. Catilina interim suis laborantibus auxilia mittere sauciis ac defatigatis integros recẽtioribusq; uiribus milites subministrarẽ. Sæpe ferire hostem:ad prœlium segniores hortari:fugientes re/ uocare:huc atq; illuc transcurrẽs ita omnia diligẽtissime prouĩ dere:ut iudicari difficile esset:an strenuus miles potius:an op/ timus iperator esset. Sed uno atq; eodem tempore utriusq; par/ tibus fungebatẽ. Vtinam in L. Catilina mens talis fuisset ad gu/ bernãdam. R. P. quale corpus ad bellandũ fuit: Vtinamq; sum mam illius uim ingenii non in scelere consumpsisset. Profecto pauci ciues melius quam ille. R. P. administrassent:Sed cum il lum imoderatus dominãdi/estus absorbuisset:omia illa orna/ menta:quæ in eo maxima fuerũt:hoc scelere obscurata sunt. Et dum. L. Syllæ &. C. Marii similis esse cupit:suorum maiorũ in/ uentus est dissimillimus. Fuit em̃ Catilina(ut patrem & auum omittam) pronepos illius. M. Sergii:cuius uirtutem tot bellice laudes testantẽ. Quamq; ego nuper quosdã legi qui Catilinam ex Scipionũ familia duxisse genus dicerẽt:Quo nihil potest dĩ ci iperitius. Sed iam ad pugnam dimicationẽq; reuertamus. Ca tilinæ igitur uirtute illata spe militibus reintegrato animo cum uehemẽtius pugnarẽt: Antonii milites paulum cessere. Quod ubi Petreius animaduertit:secundã aciem laborantibus subsi / dio misit:ita cum recentes atq; integri defessis ac uulneratis suc

cessissent:sustinere Catilinarii impetũ nõ potuerũt. Tum Fessu lanus dum circũeuntis militibus subuenit interficit. Mãlius cũ magna multitudine hostium præmeret fortissime pugnãs occi ditur cum maxima parte militum. Catilina ubi rem esse in an/ gusto uidet: neq̃ illum esse subsidiũ: quod submitti posset:me/ mor sui generis:& simul cogitãs quod mors honesta uitam sæ pe turpem exornat:desperata salutem in cõfertissimas hostium copias processit:ibi multis interfectis reliquos a se paulum ꝓ/ pellit. dum cupidius instat:ad hunc se postea omnis multitudo conuertit. illic uero pugnant acrius: ꝯminusq̃ rem gerit. Tandẽ cum multitudine hostium ꝓmeretur: multis grauibusq̃ uulne/ ribus acceptis: ut uix se sustiuere posset:ingenti circum se edita strage summa cum laude:si sic pro. R. P. cecidisset: occisus est. At cæteri hostes in extrama spe salutis tantam uirtutem præstite runt:ut cum primi eorum cecidissent:proximi iacẽtibus insiste rent: Atq̃ eorum quẽ quisq̃ uiuus locum obtinuerat: mortuus tegebat. perpauci fuga salutem petiere quos nemo isecutus fa cile euaserunt. Eisdem temporibus quidam cõiurati magnis ꝓ missis Allobroges ad bellum contra. Po. Ro. excitauerãt:quod ego a Salustio:qui hanc cõiuratione scripsit:prætermissum esse miror. ad horũ igitur impetus reprimẽdos missus est cum ex/ ercitu. C. Pontinius is:qui prætor cum. L Flacco ꝯiurationis in dicia cœpit:a quo sæpe cum illis ꝓspere pugnatum est. Et cum Allobroges magnis prœliis fregisset. rep metu liberata quieuit nec ulterius progrediendã existimauit. Nam semper Roma/ ni imperatores usq̃ ad id tempus gallos bello refutandos poti/ us quam lacessendos existimabant. neq̃ ulla alia gens resta bat que bellum. Po. Ro. facere posse uideretur. Cætera omnia ma/ gna ex parte unius Gn. Pomp. uirtute terra mariq̃ tuta & paca/ ta erant. At Romæ facta sunt postea de coniuratis multa & gra uia iudicia. Damnatus est. L. Vargunteius Senator. P. Antroni/ us/ Seruius/ Sylla/ Caius Cornelius. M. Lecca. M. Fuluius no/ bilior compluresq̃ alii. permulti tamen cõiurationis participes euaserunt. Nam cum urbs pœne tota: & italia hoc scelere infe/ cta esset Senatus paucoꝝ pœna reliquoꝝ mẽtes sanari posse ar bitratus est. Sed illud silentio prætereundum nõ existimaui qđ

quamuis leges in caput domini seruos torqueri prohiberẽtta/men de hac scelerata ꝯiuratione in dominos de seruis quesitũ est. Neq; iniuria. statuerant enim prudẽtissimi homines: ut qui se tanto scelere obstrinxissent: omni hominum atq; legum auxilio nudos esse ac destitutos oportere. Sic bellum Catilinarium post hominum memoriam teterrimũ: & periculosissimũ Cicerone togato: Antonio armato: ducibus atq; cõsulibus: sedatum atq; restinctum est.

Explicit liber Constantii Felicii a Castro durantiii, utriusq; iuris periti de coniuratio ne. L. Catilinae:

Sequitur Liber De Exilio. M. Tullii Ciceronis.

CONSTANTII FELICII DVRANTINI VTRIVSQVE IVRIS PERITI AD LEONEM .X. PONT. MAX. DE EXILIO .M. TVLLII CICERONIS LIBER INCIPIT.



ELLO Catilinario confecto fama rerum gestarum: Ciceronisq; nomē late serpēs manauerat iam per omnē orbem terræ. Et quãq; Antonius rerum: quas Cicero in ꝯsulatu gessit: socius adiutor: ac particeps fuisset: illius tamē rei gloria pene omnis ac laus Ciceronē est comitata. Neq; iniuria: Qui Kal. Ianuariis sollicitã ciuitatē suspitione legis agrariæ: atq; ꝑturbatã cõcionibus tribunorũ grauitate eloquẽtia illa singulari ac pene diuina legis agrariæ: maxim arũq; largitionu; metu liberauit. Qui proscriptorũ filios alienissimo R.P. tempore honores petentes comitiis priuauit. Qui Antoniũ collegam cupidũ ꝓuinciæ: multa in.r.pu. molientē sapientia atq; obsequio suo a ꝯiuratorum consiliis remouit: & ad suam traduxit uoluntatē. Quod si ꝑfecto eo tempore Cicero ad excitandum Antoniũ: cohortãdum: accusandũ: impellendũ nõ fuisset datus in illo bello (dicã id/quod sentio) Non facile tanta moles mali a ceruicibus ciuium potuisset depelli. Neq; unq;.R.P. tanta pace: tanto ocio: tanto silentio fuisset liberata. Dimicandũ bonis in urbe cum cõiuratis fuisset. Qui boni si uicissent: infinitã cædem ciuiũ fecissent: si uicti fuissent. R.P. stare nõ potuisset. Ille. L. Catilinã intestinã aliquã quotidie intra mœnia pestem molientē illa pulcherrima oratione egredi ex urbe iussit. ut ab illo: quem interficere ꝓpter inuidiam: a quo cauere ꝓpter audaciã nõ poterãt mœnibus salui esse possent. Maximã uero laudem adeptus est: ꝙ cõiurationem tam obscurã: tam occultam ita cõprehenderit: ut oculis cer

nere maleficiū ciues ꝑceperūt. Ille Mense Decēbri districtos iam in. R. P. gladios de perditorū ciuiū manibus extorsit: subiectūq iam urbi ac prope ignem iam accensum restinxit. Vitāq omniū ciuiū: pulcherrimā urbem: lumen gentiū: domiciliū imperii quinq hominū amentiū ac perditorū pœna redemit. Illum capuæ Decuriones ꝑpter salutē illius urbis conseruatā inaurata statua donauerūt: & patronū suum asciuerunt. Illum. Q. Catulus auctor publici cōsilii: illum multi alii sæpe in senatu patrē patriæ nominauerūt. Illi. L. Gellius uir clarissimus ciuicam coronam a. R. P. deberi dixit. Illum. P. R. libertatis custodē & cōseruatorē urbis iudicauit. Illum p̄res cōscripti amplissimis uerbis laudarūt. Illi Senatus nō ut multis re bene gesta: Sed ut nemini. r. p. cōseruata supplicationē decreuit togato. Illi Gn. Pompeius g̃fas egit: q suo beneficio p̄riā; uideret. Sed q̃d ego singula cōmemoro. fuit opinio multorū clarissimorū uirorū: si eo tēpore Cicero consul sicut fuit: nō fuisset. R. P. funditus interiturā fuisse. Sed ut est apud auctorē nescio quē. Magna gloria præsertim uirtute parta magnāq plerumq parit inuidiā. Sic Ciceronis multi extitere rerum gestaꝝ obtrectatores: uirtutis hostes: & laudis inuidi. Fuit em̄ semꝑ labes illa: & macula: q̄ nunc maxie uiget: alienæ laudi inuidere: uirtutē uero depressam extinctamq cupere. O ꝑniciosam inuidiā. Tu uirtute; ubiq insectaris. Tu amicitiā & charitatē extinguis. Tu incautos sæpe opprimis. Tu cruore & flāma cuncta delere cupis. Deniq q̃d mali: q̃d sceleris cogitari aut fingi potest? quod tu non efficias. Tibi tamen dignam tuo scelere dii imortales pœnam constituerūt: ut tu prius ipsa crucieris: quam alios tormentas. Te non cibus: non potus nō lectus adquietem datus iuuat. Tibi lux est infesta. Nox non grata. Tu semper anxia es. Tu te semꝑ laceras.

¶ Quem igit̃ pauloante uirtus erexerat ad gloriam: laus extulit ad cœlum: eundem paulopost inimicorū scelus & inuidia rapuit ad suppliciū: depulit ad calamitatem. Ecce illa tempestas: turbo pacis atq ocii: tribunitius furor in. R. P. bacchatus Ciceronē tādē ex urbe eiecit. O uagā: uolubilēq fortunā: O frustra tui. M. Tulli suscepti labores: o flebiles uigilias. o custodiā. R. P. infelicē. Quā cito illa oīa ex gloria & dignitate ad luctū & la

chrimas reciderũt: Vt qui pauloante consul tanta gloria fuisset ut nemo ei se: neq; honore: neq; gratia: neq; uirtute anteferretis retineret repẽte nullũ uestigiũ pristinæ dignitatis. Exorta ast est tempestas illa a. P. Clodio Ciceronis inimico Res ipsa postula re uidet: ut prius q̃; huiusce rei initium expediã: pauca de istius Clodii uita & moribus exponere. P. Clodius summo loco natus: ut ex quadã illius parua: uerum perantiqua imagine uidi: fuit pulchra & decora facie. Sed imani acerbaq; natura: ingenio ue lox manu promptus: audax: petulãs: libidinosus: seditiosus ho/ mo ac turbulẽtus. Satis eloquẽs: sed sapiens parum. Infestus bo nis: imperitæ multitudini maxime carus atq; iocũdus. Floruit in R. P. cognatis: affinibus: necessariis: ac amicis: & cliẽtibus plu rimis. Atq; huius. P. Clodii scriptũ est: p̃rem: patruũ: auum: proa/ uum: attauũ cõsules fuisse. Hic post patris mortem primã illam ætatem suam parũ pudicam habuit: & multorũ hominũ libidi/ ni expositã. Atq; adeo fuit ad libidines p̃cliuus: ut incestũ p̃mise rit: cum tribus sororibus: & ut palam. Q.. Clodia usus sit tanq̃; uxore. Stipẽdia meruit in Asia sub. L. Lucullo clarissimo impe ratore: a quo postea milites circũeundo: appellãdo: sollicitãdo: totũ fere illius exercitũ alienauit. Inde ut rediit: Catilinã repetun darũ reum facit: & pecuniã accepit: ut turpissime p̃uaricaret. Ac Fabiam uirginẽ uestalem accusauit: cuius defensionẽ cum. M. Cato suscepisset: his Clodiũ uerbis uexauit: ut homo impudẽtis simus p̃pter uerecundiã egredi ex urbe cogeretur. Itaq; cum. C Murena se in Galliam contulit: in qua prouincia mortuorũ te/ stamenta conscripsit: pupillos necauit: multa flagitia scelera q; cõmisit: inde ut rediit questor factus maxia pecunia huno po pularis fraudauit impbissime pp̃lm. Atq; postea multos morta les partim uenẽo: partim gladio sustulit. Plura mihi de Clodio dicere parãti ante oculos obseruat̃ causa inimicitiarũ inter Clo dium & Ciceronem: quæ me ad se rapit: hæc relinquere horta/ tur: de qua paulo altius exordiar. Initiis eñi bene cognitis mul to facilius reliqua intelliguntur. Erat decora facie eximiaq; pul chritudine Pompeia uxor. C. Cæsaris pontificis Maximi: hanc Clodius ardẽter amabat uerum huius libidini Aurelia Cæsaris mater summa integritate: & singulari pudicitia mulier multum

aduei ſabitur atq; obſtabat:nurumq; ita obſeruabat: ut non mo/
do congreſſione:ſed colloquio etiam ac conſpectu prohiberé/
tur. Clodius autem amore ardens ut cum Pompeia eſſe poſſit.
excogitat rem ſingularem. Fit romæ ſacrificium deæ cuius ne
nomē quidē uiros ſcire fas eſt. Bonā deam aliqui illam nomi/
nauerunt. Aditus ad id ſacrificiū non eſt uiris. Sacra per mulie/
res noctu cōfici ſolēt. Fit pro. P. R. fit in ea domo:quæ eſt in im
perio:in qua uir nemo adeſſe poteſt. Fit incredibili cerimonia
Cum hæc ſolēnia in Cæſaris domo(Is eñ pont Max.erat) p
noctem celebrarent. Q uid nō audet amans? Eo Clodius ꝙ nō
dum barbā emiſerat:& ob id rem latere ſperabat:aſſumpta mu/
liebri ueſte atq; ornatu:una comitatus ancilla peruenit:& illam
rerum cōſciam ad Pompeiā mittit:ut rem nunciaret:quæ cum
tardius rediret:Clodius interea amantiū more loci ac temporis
impatiens errabundus circumibat ædes Lumina ſemp fugiēs
Occurrit illi caſu quedā Aureliæ ancilla:quæ uirum ut modu/
laretur(ſicuti in illis ſacris mos erat)prouocabat. Tacēte uero
illo quæ nam eſſet:quid nam quæreret interrogat. Clodius cui
ſe pediſſequā Pompeiæ quærere reſpōdiſſet nomine auram uo
ce ſua proditus eſt. Confeſtim ancilla clamorē extollit:uirum ſe
cōperiſſe uociferās. Tum mulieres interruptis occultatiſq; deæ
ſacrificiis aſſurgunt: portas claudūt domū pſcrutantur. Latentē
in quodā cubiculo depræhendunt. Tandē beneficio cuiuſdā an
cillæ emiſſus euaſit. Poſtridie mulieres rem ad ſuos deferūt ui
ros. Oībus acerbū:indignū facinus uidebat. Tum. Q. Corni
ficius de pollutis cerimoniis primus in ſenatu mentionē fecit.
Ex. S. C. res ad pontifices defertur. Hiq; polluta:uiolataq; eſſe ce
rimonia decreuerūt. Deinde ſenatus grauiſſime ſeueriſſimeq;
ſtatuit:ut conſules de pollutis cerimoniis ad populū rogationē
ferrēt. Q ua Clodiū pœnam ſequi oportebat: ut in exilium iret:
ſi publicas ille uiolaſſe cerimonias conſtaret. Sed cum. M. Piſo
conſul Publii familiariſſimus priuilegiū de Clodio tuliſſet:idē
rogationē nō tam ferri:quam antiquari ſtudebat. Mox huic ro
gationi:quæ ex. S. C. ferebatur intercedēte. Q. fuſio Tri. Pl. ami/
citia. P. Clodii ducto. Q uidā alius. Tr. Pl. ſiue inimicitiis ſiue
criminis atrocitate cōmotus Clodii nomē apud iudices detu/

lig. Accusabat illū Lentulus homo in primis ingeniosus & indi cendo exercitatus: φ sacrificiū tam uetustam occultū; quod nō solum curiosos oculos excludit. Sed etiam errantes nō solum aspectu uirili:sed stupro flagitioq; uiolasset. Quod eo clodius ad cōmittēdum stuprum intrare ausus esset:quo uiros adire ne orandi quidē causa fas erat Accusatus est multis præterea crimi nibus grauissimis:quæ oīa ego nunc omitto. Hic cum Clo/ dius se prætextu absentiæ defenderet:dixisset q; ad refellendū ac/ cusatorē:se procul eo tempore ab urbe fuisse. Accusator testem M. Ciceronē citari iussit. φ eius domi Clodius illo die fuisset. Id uti erat uerissimū testatus est Cicero. Hinc causa inimicitia/ rum inter Clodiū & Ciceronē. Hinc illa odia sempiterna. Hinc oīs tempestas atq; procella. Fertur cu; Cicero illo splendore & dignitate uir: cuius etiam sermo apud multos testimonii au ctoritatem habebat: in Clodiū testimoniū dixisset: nō modo iu/ ranti sibi iudices nō credidisse. Sed acclamatione: cōuitio ac ma ledictis illum tanq; obscurum aliquē & ignorum hominē reii/ cisse. Hoc loco testis etiam citatus. C. Cæsar cum oēs illū cre derent in Clodium: qui illi uni inimicissimus esse debuerat: te/ stimoniū dictutū repente præter omniū opinionē dixit se nihil scire. Et interrogatus ab accusatore: cur uxorem repudiasset: si de ea nihil cōpertum haberet: meos respondit non solum crimine sed etiam suspitione criminis carere arbitror oportere. Hoc ille ita dixit: siue φ ita crederet: seu ne popularē hominē a se: & ple/ bem alienaret: quā sollicitam pro Clodii salute uidebat. At Clo/ dius quamq; multorū clarissimorū uirorum testimoniis ꝑme/ geretur: tamē iudices ingenti pecunia corrupti magno sniaru; nu mero illum absoluerūt. Quāq;. M. Cicero etiā noctes certarum mulierū adulescentulorūq; nobiliū introductiones nōnullis iu/ dicibus pro mercedis cumulo ad Atticū fuisse scribit. Clodius igit̄ Ciceronis testimonio læsus odiū concepit aduersus illum inexpiabile. Incitabat̄ truculento spiritu lacessitus præsertim a familiari. Et natura ferox & inhumanꝰ nihil aliud excogitabat nisi uias ulciscendi dolorē suum. Gesto a Cicerone tam seuere ꝯsulatu. Clodius homo maxime popularis & ad inflāmandos animos multitubinis accomodatus oblatam sibi facultatē puta

uit ulciscendi iniuriã suam:si Tri. Pl. fieri posset. Non ignarus qd mali:quantũ periculi unicuiq; inferre possit:uis tribunitia cõ hata præsertim inuidia & cõcionib9 seditiose cõcitatis. Nam romæ semp fuerũt duo genera hominũ:eorum qui in R. P. clari poteteſq; uersari studuerũt. Ex quibus alteri populares:alteri optimates uocabãtur. Qui ludis:qui epulis:qui largitionibus:qui omnibus dictis atq; factis populo:iocundi esse uolebãt:hi populares:qui senatui & cuiq; optimo charissimi esse cupiebãt: optimantes habebantur. Iuuenes igitur:quibus erat animus ferox:& audax:& paratum ad dicendũ ingenium:ad populũ cõfugiebãt. Hi postea Tribunatũ Pl. popularem & maxima præditum potestate magistratũ assecuti:senatũ criminari: plebem in patres accendere:obstare cõsulibus incitare populi animos ad seditionẽ & largitione cæcare mentes imperitorũ:fortis & claros uiros:et optime de R. P. meritos in inuidiam aliquã uocare. Itaq; multi clarissimi atq; amplissimi uiri uim tribunitiã sustinere nõ potuerunt:qui cõcitata populi iracũdia inique a suis ciuibus damnati atq; expulsi sunt. Hæc igitur Clodio animo uoluẽti obstabat unum q; is erat patritius:cui Trib. Pl. fieri per leges nõ licebat. Erat illo tẽpore Gn. Pompei9 princeps ciuitatis:uictor pene omnium gentiũ:terror hostiũ:spes subsidiũq; patriæ. Bis consul fuerat: Tris egerat nobilissimos triũphos. Erat in eo sũma eloquẽtia/sũma uirtus/itegritas/sapiẽtia/dignitas/splẽdor/auctoritas tãta/quãta ullo unq; in ciue Romano fuisset. Erat senatui carus: pplo iocũdus:exteris natiõibus gratus:diis deniq; atq; hominibus acceptus. Ad huius familiaritatẽ nescio quo mõ Clodius se applicauerat. Itaq; tum sic statuit p Gn. Pompeiũ (qm sibi leges impedimẽto erãt.) cum senatu agere:ut sibi a pribus transire ad plebẽ:& Tri. Pl. fieri liceret. At Gn. Pompeius negat se uerbum unq; de hoc in senatu facturum: nisi prius sibi omni fœdere & iure iurando cauisset: nihil se in Tribunatu contra Ciceronem esse facturum. Etenim. M. cicero tam arcto erat cum Pompeio amicitiæ uinculo astrictus:ut nullum esset par amicitiæ tam cõ iunctum: q; illi inter se amicitia beniuolentiaq; copulati erant. Et nullas Cicero neq; cõtentiones:neq; inimicitias: neq; uitæ dimicatiões pro Pompeii dignitate unq; defugiendas putauit. Il

semq; in pretura & ꝯsulatu ornauerat: ac multa gesserat in R. P. ad illius arbitrium. Cui Pompeius ita in amore respondebat ut multi: qui. M. ciceronē tam unice ab illo diligi dolerēt: Pompeium inuidioso nomine Gn. ciceronem appellarē. Pompeio igitur Clodio respondēte in summa se perfidie & sceleris infamia fore: si Ciceroni periculum procrearet ab eo: quem ipse armasset: quē plebeiū fieri passus esset: Clodius qui totus esset ex fraude & mēdacio factus. Pompeio manus porrexit: et pulchre asseuerat: nihil se in tribunatu ꝯtra Ciceronē esse facturū. Tum Gn Pompeio pro Clodio in Senatu uerba faciente: ut illi tribunatum petere liceret: Surrexit Q u. Metellus celer: qui tum consul erat & frater patruelis. P. Clodii: ac pompeium multis uerbis accusauit: ꝙ pro eo uerba facere auderet: qui ideirco plebeius fieri cuperet: non ut Tri. pl. fieret. Sed ut. R. p. seditionibus exagitaret. Atq; P. Clodium fratrem suum si furere inciperet: atq; aliquid in. r. pu. conaretur: sua se manu magna uoce: ut omnes exaudire possent frequēti Senatu interfecturum dixit. Auditus est ille nimium magno silentio: pompeius conuitio & clamore iactatus est. Sed quod Gn. pompeius princeps ciuitatis perficere nō poterat: id consul adiuuante. Gn pompeio. C. Cæsar effecit in discordiis principū. Et siue iratus Ciceroni: siue exoratus traduxit ad plebem inimicum suum Clodium frustra iam pridem etiam per. M. Herennium quendam ad plebem a patribus transire conantem. Non alienum esse arbitror paulo altius repetere: quæ fuerit huius Cæsaris & pompeii cōsilii ratio et causa. qq; tū c erat rerū romanarū status. Cæsar cū statuisset sibi potentiam in ꝯsulatu alienis opibus cōparare: ꝯtulit se ad amicitiā. Cn. pōpeii. Qui posteaq; ex asia rediit tāta ille glia quāta (ut diximus) ciuis unq̄ Romanus fuisset: nescio quō ille postea factus sui dissimilis discessit nō solū a Senatu: sꝫ a se se: cū potētiā quā. honores male cœpisset. Itaq; Cæsarē tunc imbecillē: ut cuius ipse ppłari fauore potētior esset robustissimū et ualētissimū (sicut postea ex euētu apparuit) ꝯtra se aluit auxit: armauit: Erat tūc pōpeio uetus inimicus hō ciuitatis lōge potētissimus. M. Crassus. Hos Cæsar animaduertens ꝙ altero alteri obsistēte utriusq; potētia minor eēt. M Crassū cū Gn. pōpeio reduxit in grām: ut horū triū inita societate

nihil ipsis inuitis in R.P.agerec. Hoc fœdꝰ nuptiis inter eos sancitum est. Tradita iulia Cæsaris filia Gn.Pompeio quæ seruilio Cepioni promissa erat. Cui Pompeius ne ille Cæsari succenseret filiam dedit. Ipse aũt Cæsar. L. Pisonis filiam duxit uxorem: quẽ postea consulẽ creauerũt. Eodem loco Cæsar quo M.Crassum & generũ suum habere uoluit Ciceronẽ:& illum:ut quartus esse uellet;rogauit. Existimãs uirum cõsularem:multũ in senatu auctoritate pollentem: & habentẽ naturam ad persuadendum admirabilẽ:ad ea quæ facere uellẽt:maximo eis fore adiumento. Consul ille rerum omniũ:quas gessit:atq; honorũ Ciceronem sociũ esse uoluit:illũ: ut quinqueuiratũ acciperat:inuitanit.legationem illi:quã uellet: quãto cum honore uellet:detulit. Quæ om̃ia Cicero nõ ingrato anĩo sed nimia quadã Constantiæ cupiditate repudiauit. Erant eñi illo tempore duæ.R.P.partes. Ex altera.C.Cæsar.M.Crassus.Gn.Põpeius tres potẽtissimi uiri. Ex altera.M.Bibulus cõsul.L.Lucullus.C. Curio pater & filius.L.Lentulus.M.Cato.L.Domitius.Senatus uniuersus:& om̃es optimates. Non est igit̃ eo tempore Cicero adductus ad Cæsaris causam ne ab illo ordine cui ab ineunte ætate dedissimus semꝑ fuisset diffidere uiderec? Et quia difficile est:qui natura inter se diuersi sunt:uoluntate cõiungi. Quin imo & Pompeium ad senatũ reuocare: & a Cæsaris amicitia male tunc de R.P. sentiẽtis disiungere non destitit. In quo Cesar fortunatior fuit: Qui Pompeiũ a Ciceronis familiaritate auocauit. Hæc postea(q;) acta & ꝯstituta sunt. Cæsar:ut plebem:quã multis ante muneribus delenierat:magis sibi beniuolam & affectam redderet & nouam quandã ex ea re potentiã quæreret:legem agrariã ꝓmulgauit:& quod semꝑ seditiosissimi.Tri.Pl.fecerũt: & qđ ne fieret cõsules acerrime semꝑ obstiterãt:id Cæsar cõsulari abutẽs maiestate perfecit. Huic legi uniuerso senatu:& bonis omnibus enixe resistẽtibus Cæsar in cõcionem ꝑduxit Pompeiũ: quæsiuitq; ex eo:nũ legem probaret: annuit ille:tum Cæsar qđ Si qui ad impediendã legẽ uim afferre parati erunt nonne plebem adiuuabis? adiuuabo respõdit Pompeius:& aduersus uim afferre paratos gladium & scutũ assummã. Digna uox non Pompeio aut Pompeii simili:Sed homini audacissimo & furiosissimo cõ

ueniens. Itaq; M. Cato uir mēte & consilio longe alteq; prospiciens clamare aduerten li. R. p. istorum cōiunctionē esse facti. Et bonos unumquēq; eorum cōfirmans ac excitans hortari: ut illorum tyrannidi resisterēt: multaq; in pompeium dixit: que postea orto bello ciuili tanq; ab aliquo oraculo diuinit⁹ dicta referebantur. At cum dies legis ferende uenisset: illi adductis in urbem militibus M. Bibulum cōsul. cœno aspergunt: & illum & bonos omēs foro armis & lapidibus expellūt: cōsulis fasces frāgunt: uulnerāt tribunos: Senatum iurare cogunt: leges ferunt cōtra auspicia latas. Nō sedabant adhuc discordiæ: sed in dies crescebant: in foro quotidie cædes et lapidationes fiebant. Inclusus tenebatur. M. Bibulus: consulisq; uita nō maiestate imperii non iure legum: Sed ianue p̄sidio & parietū custodiis tegebat. Raro M. Cato aut ulli boni in senatum ueniebant. Ecce eisdem tēporibus accusatus est de ambitu a. M. Cellio & a. Q. maximo. C. Antoni⁹ ciceronis collega: quē cui M. Cicero: qui linguam semp maxime liberam habuit: hora sexta diei defenderet: quæstus est in iudicio de cōditione illorum temporū de obsidione consulis: totumq; illum statum ciuitatis maxima eloquētia deplorauit. Hæc cum quidā homies ad Cæsarem Pompeiūq; detulissent: hora nona illo ipso die cæsar siue iratus Ciceroni: siue ut quē nullis beneficiis secum cōiungere poterat: in periculo capitis cōiungeret: traduxit ad plebem inimicū suum Clodiū nullo more: nullo exēplo: nulla lege: causa etiā incognita. In adoptionibus em̄ semp quæri solet: num forte minor sexaginta annis sit: qui adoptat. Q uia magis liberorū procreationi studere debet: nisi forte moribus aut alia iusta causa sit adoptādi: ut qd quis natura iam assequi nō potest: legitimo iure quærat. Item ne qua calūnia: ne qua fraus: ne qs dolus adhibeat. Illud in primis ne minor natu maiorē adoptet. Adoptio em̄ naturam imitatur. Et portento simile est: ut maior sit filius q̄ pater. Horū nihil est in ista adoptione quæsitū. Adoptat annos .xx. nat⁹ fonteius imberbis adolescētulus & bene ualēs etiā minor senatorē sibi filium cuius per ætatem pater ille sibi esse poterat. Et icirco adoptat: ut e patriis exeat: & Tribunus Pl. fieri possit. Post hanc Publii ad plebē traductionē. L. Vectium subornauerūt. M. Ca/

tonem in carcerē detrudere conati sunt:cōsules fecerūt:quos ip si uoluerūt.Cæsari gallias dederunt:multa turbulēta:multa præ ter leges:multa auditu fœda fecerūt:quæ me referre tedet:ne lō gius a pposito meo digrediar. Quare Cicero:qui semp Pom peium ex corde dilexerat: uidens illū nunc tanta apud bonos infamia laborare in quadam epistola ad Atticum deplorans sic de Pompeio scribit. Itaq̃ ille noster amicus insolens infamiæ: semp in laude uersatus:circūfluens gloria:deformatus corpo re:fractus animo:quo se cōferat nescit:pgressum præcipitē:incō stantem reditum uidet:bonos inimicos habet:improbos ipos nō amicos:ac uide molliciē animi nō tenui lachrimas: cum il lum ante.VIII.Kal.Sextil.uidi de edictis bibuli pcionantē:qui ante solitus esset iactare se magnificētissime illo in loco:summo cum amore populi:cunctis fauētibus:ut ille tum humilis?ut de missus erat?ut ipse etiā sibi nō iis solū qui aderant displicebat? O spectaculū uni Crasso iucundū:cæteris nō idē.naʒ q̃a decide rat:lapsus potius quā pgressus uidebat:& ut apples si uenerē: aut si Protogenes Hialysium illū suum cœno oblitū uideret:ma gnum credo acciperet dolorem.Sic ego hūc omībus a me pic tum:& politū artis coloribus:subito deformatū:nō sine magno dolore uid :q̃ʒq̃ nemo putabat propter Clodiū negotium:me illi amicū esse debere:tñ tantus fuit amor:ut exhauriri nlla pos set iniuria.Iam designatus clodius Tri.pl.truculentius se gere bat/uolitabat/furebat/Ciceroni tum uim tū iudiciū minabatur Sed Ciceronē Pompeius de Clodio sine cura esse uidebat. Affir mabat uerbū nullū Clodiū contra illuʒ esse facturū.Addebatq̃ se prius occisum iri ab eo:q̃ʒ illum uiolatū iri.At Cæsar qui for tasse Clodiū traduxerat ad plebē:ut metu tribuniciæ potestatis Cicero sibi esset legatus:ciceronē appellat:petit ab eo:ne ea quæ fecit inimico animo accipiat:exoratū & Pompeio auctore se ea fecisse dicit. Posse illum popularis impetus: populari præsidio propulsare:si sibi esset legatus: utq̃ esset Ciceronem non solum rogauit:uerum etiā obsecrauit.Quod cum ita sit:nescio quare Plutarchus dicat Ciceronē per cōmunes amicos egisse:ut Cæ saris legatus in Galliam pficisceret.Quod posteaq̃ʒ id agi clo dius intellexit:de reditu in gratiā cum Cicerone egisse:ob idq̃

M. Tulliũ mutauisse consiliũ. Nã Cicero ubiq; tradit se a Cæsa/re inuitatũ in legationẽ. Sed illam accipere noluisse ne de statu suo declinare uideret. Et simul ꝙ Pompeiũ nũq̃ simulatorẽ pu tasset: seq; ab eo nõ adiutũ iri fieri nõ posse arbitrabat. Qui sem per Ciceroni (ut paulañ diximus) adiurabat Clodiũ nihil ꝯtra illum esse facturũ? Accedebat huc: quod cum paucis diebus añ comitiis ꝯsularibus factis cõsules designati essent P. Gabinius &. L. Piso. Ex his Gabinius eius familiaris erat: ꝙ illũ Cicero in causa capitis defenderat: Piso aũt non solũ ei ueteri amicitia Sed etiã affinitate cõiugabatur. Eratq; omniũ opinio hũc Pisonẽ gra uem & fortem consulẽ: futurũ q̃bus rebus Cicero adductus cæ/saris legatus in Galliã ꝓficisci noluit. tum ꝙ sibi turpe uidebat: se uirum consularẽ & tantis ꝑterea rebus gestis Cæsaris assectã esse. tum ꝙ Pompeii & horum consulũ præsidio facile uim tri bunitam se effugere posse sperabat. Sed illum multũ fefellit opi nio. Nam postea consules fœdus fecerũt cum Tribu. Pl. ut ab eo p rouincias exercitum & pecuniam acciperent: ipsi Cicero/nem relinquerẽt: atq; oppugnarent: & tribunũ plebis adiuuarẽt Sequuta est etiã ut quidã tradunt hæc subita a Cicerone consu/lum alienatio ꝙ. L. Piso Cethegum cõsobrinũ suum a. M. Tul/lio interfectũ grauiter ferebat: Gabinius Catilinæ familiaris & ꝓpinqui sui. P. Gabinii mortẽ ulcisci cupiebat. Sed illa inimici/tiæ uerior causa fuit ut a tribuno ꝓuincias haberẽt. Hæc du; ge/rebant Cæsar in Galliam ꝓfectus est: atq; discedẽs Pompeiũ ro gauit: ne Ciceronẽ ꝯtra Clodiũ adiuuaret: ipse aũt Pompeius in albanũ secessit. Neq; ego Plutarcho assentior: q̃ scribit Cæsarẽ non prius in expeditionem profectũ. q̃ Ciceronẽ & Clodiũ tur bulẽtissimis inter se altercationibus irritauisset: eumq; ex italia expulisset. Etenĩ constat. M. Catonem auctore etiã Plutarcho & ut nos infra paulopost dicemus prius in Cyprũ ꝓfectũ fuisse: q̃ Ciceronẽ ex urbe eiectũ. Si Cæsar igit̃ tũc fuisset Romæ nũq̃ ꝓfecto p lr̃as Clodio gratulat⁹ esset ꝙ. M. Catonẽ a. r. p. remo/uisset: ut ostẽdit ex illa Ciceronis o͞rone habita ꝓ domo sua ad põtifices. At Clodius intẽtus ad perniciẽ Cicerõis decreuit M. Catonẽ ab urbe remouere. Existimãs ad pestẽ Cicerõis: & ad ea q̃ facere uellet: illũ in ciuitate maxio sibi fore impedimẽto. Itaq;

statim nefariã pmulgationẽ tulit. Erat Ptolemeꝰ rex Cypri non dum a senatu socius appellatꝰ: erat tñ pacatus: qetus: cuiꝰ cũ pře auo: maiorībꝰ. p. r. amicitia sp fuisset. hũc eodẽ iure regnãtẽ. p. r. amicitia; appetentẽ: nihil suspicantẽ subito Clodius lege sua nefaria subuertit. Illius em̃ regnũ cum bonis om̃ibus publicauit. Miserumq; illum Cyprium regem: de quo nulla unquã suspitio ad. P. R. erat allata: se se ueneno necare coegit. Hæc Clodius cũ; fecisset. M. Catonem ad se uocat: dicit se se statuisse/ qm̃ illũ unum omniũ sanctissimũ: prudentissimũ: integerrimũ iudicaret: cyprio negotio multis hanc eandẽ rem cupiẽtibus extra ordinem præficere. Cui cum Cato resisteret: assereretq; non ob beneficiũ: sed ob iniuriã & fraudẽ sibi hoc negocium cõmitti Clodius supbia inflãmatus si non uolens inquit at inuitus ad eam rem coactusq; ibis. Ac postea aduocata concione cypriæ pecuniæ deportãdæ: & si quis hanc rem impediret: bello gerẽdo. M Catonẽ nominatim sua rogatione extra ordinẽ præfecit. Tum Cato rogationi. P. Clodii parere statuit ueritus si ipse id repudiasset: ne ei uis afferetur: & simul cogitans qđ cum iam macula regni publicati deleri non posset: si non ipse at alius fortassis ad eam rem proficisceretur: qui sibi totum cyprũ exinaniret. Sed antequ; discederet: in hanc sñiam. M. Ciceronẽ alloquutus est. Prospicio. M. Tulli quãta tempestas excitabiẽ: quãtaq; impendet p cella. r. p. traductione ad plebem furibũdi hominis: qui nunc se tibi inimicũ esse ostendit. Sed multo acrior est hostis pacis atq; ocii. Deinde qđ istæ repentinæ nuptiæ: Quid hæc trium impotentissimorũ hominũ subita coniũctio: Quid agrariæ leges: qđ effusio pecuniæ significẽt: et quorsum eruptura sint timeo. Itaq; sentio iam & præuideo seditiosissimũ. Tr. pl. a potẽtissimis nostræ ciuitatis uiris in. R. p. emissum: & a consulibus armatũ primũ in te impetũ facturũ: ut bonis ad tui defensionẽ excitatis sibi postea ad cædes principũ: & interitum optimatũ aditus pateat. Tũc ciuili bello res agitabiẽ: Et uidere iam uideor castra in foro: & exercitus: Deinde istius domũ incendi: alterius disturbari tecta: diripi fortunas: hũc proscribi: alterũ occidi: in omni aũt sede ac loco ferrũ & flammã uersari. Quæ cum maxie sint misera & calamitosa: Tuũ est Cicero: q nõ ubi sed patriæ natus es

ne qd tale accidit prouidere: poteris aūt prouidere: si tempesta/ti cesseris. Si id quod omnibus impendet vnus pro omnibus ex/cipere: ac subire uolueris: poteris inueteratū iam diu in bonos omnes odiū: poteris hanc perditorū ciuiū incitatam vim: & in omnē. R.P. erumpere conantem: poteris hunc furorem: hanc flammā: præsentis fluctus tempestatē q; discessu tuo sedare. Nā tibi priuato ferro decertare cum iis: quos tu cons. sine ferro ui/cisti: cum minime gloriosum est: tum tibi &. R.P. maxime cala mitosum. Aut eñ vinces cum magna internitione improborū at ciuiū: & tunc tu idem uexator. r.p. ac perditor nominabere: q̃ seruator fuisti: aut m̄ltis bonis uiris interfectis vi tribunitia fue/ris victus. Et tūc nōne uides. r.p funditus interituram esse. Imi tare igit numidicū illum Metellū: quē tu semp laudasti: qui uo luntariū exilium suscepit: ne ciuile bellū pp̄ter se excitaret: nec dubiū erat: si resistere uoluisset: quin cōtentione: & armis supe/rior fuisset: S; ille improbos ciues interfici noluit: & ne quis bo nus p̄ se interiret prouidit. Ergo ille hoc pulcherrimo facto om nium metellorū laudem & triumphos superauit. Quod si ille tanta hodie gloria est: si ille breui tēpore tanto cum honore po/stea reuersus: Quid de te futurum est? Ille eñ solum factum su/um defendebat: cum in legem per uim latam iurare noluerat. Tuæ aūt res gestæ cum senatu vniuerso: cum m̄ltis bonis viris mecum etiā maxime coniūctæ sunt: cum in meam sniam illud salutarē. S.C. esset factū. Quare. M. Tulli si paulū fortunæ cesse/ris: te breui tempore summa cum gloria reditūrū spondeo pro mitto affirmo. Hæc & in eam sniam cum multa dixisset: Cice/ro respōdit: sibi. r.p. semper uita sua multo cariorē fuisse. Qua/re se nihil nisi quod. R.P. conducere arbitratus fuerit se factuꝝ esse dixit: post hæc Cato in Cyprum profectus est. Atq; quā ab/stinenter: q̃; prudenter: q̃; reipublice utiliter ibi se gesserit: nō at/tinet hoc loco dicere. Vbi enim Cato est ibi Constantiam/gra/uitatem/fidem/iustitiam/humanitatem/temperātiam/ fortitudi nem/continentiam/ libertatem/ prudentiam ibi adesse omnes animi uirtutes necesse est. Remoto Catone promulgantur fla/tim rogationes de pernitie Ciceronis: neq; tamē citatus est Ci/cero more maiorum: neq; illum Clodius in iudicium populi

uocauit. Sed in concionibus eum quotidianis seditiosis ac tur/bulentis hmoi uerbis accusabat: q indemnatos ciues necasset.

CVM multis ex rebus quirites intelligi potest: maiores nostros multa diuinitus instituisse: tum ex hac re uel maxime: qd Tribunos uestræ libertatis custodes præsides: ppugnatores collocauerũt. Eosdeq; plebis iura tueri: atq; augere uoluerũt. Et eñ quirites si nulli essent in R.P. Tri. qui nõ nunq; libidini resisterẽt cõsulari: pro uno rege nõ duos cõsules. Sed duos tyrannos haberemus. Itaq; maiores nri cũ regiam ptãtem nõ tulissent: ita magistratus annuos ac di uersos in.r.p. creauerũt: ut altero alterũ seuire impediente nullũ in libero populo uestigiũ crudelitatis regiæ retineret. Vestrãq; li bertatem non acerbitate suppliciorũ infestã. Sed lenitate legum munitã esse uoluerũt. Quæ cum ita sint: Ego: qui hanc sacrosan ctam dignitatẽ uestro beneficio sum psequutus: primũ testor de os: deasq; omes imortales: me pro salute uestra & cõmuni liber tate nullas inimicitias/ nullã uim/ nullos impetus/ nullum uitæ discrimẽ uitaturũ. Deinde uos quirites: quorũ ptãs pxime ad deorũ imortalium numẽ accedit: oro atq; obsecro: si libertatem uestrã sanctã apud omes gentes a Cicerone iminutam esse uo/bis ostendero: ne dubitetis plurimo sudore et sanguine maiorũ uestrũ partam uobisq; traditam libertatẽ defendere: & hanc iniu riam me Tribuno adiutore ulcisci ac psequi. Sic eñ existima/re debetis post hominũ memoriã rem nullã maiorẽ: magis pe/riculosam: magis ab omibus uobis puidẽdam neq; ab aliquo Tr.pl. susceptã: neq; ad.P.R. esse delatã. Agit.n. in causa: utrũ ue litis in uno quoq; ursm cons. uitæ necisq; ptãtem hre. Qd dum explico peto a uobis qrites: ut me benigne attẽteq; audiatis. Ac primũ illud a te Cicerone crudelissimo tyranno et carnifice reg ro cũ tu consul nõ tuis uirtutib9: sed alienis opib9 esses indigne Quo iure/ quo more/ quo exẽplo indẽnatos ciues necasti? Ve/tant. XII. tabulæ: uetãt leges sempitæ: uetat portia lex. Adeo ne hospes eras huiusce urbis? Adeo pegrinus? pdie hãc urbẽ igres sus eras? ut nescires neminẽ ciuẽ romanũ iniussu ppli posse neca ri. Hæc nõ mõ hui9 libertatis mãsuetudinisq; sunt: s ne romuli q dem aut tarqni supbissimi ac crudelissimi regis. Seruabãt iura

reges:q hic ɔsul neglexit:Habebãt iudicia reges: q̃ hic ɔsul sustu lit:ɔscriptiõis miserrimũ nomẽ illud:& omnis acerbitas Syllani tẽporis qd habet aliud insigne ad memoriã crudelitatis:nisi pœnam in ciues.Ro.nominatim sine iudicio cõstitutã.Hanc uos igit quirites iudicio atq; auctoritate usa cõsuli ptãtem dabitis:ut in/ficere possit:quos uelit? Q uæro enĩ qd aliud sit regem esse in ciuitate:nisi esse aliquẽ:qui in uno quoq; ufm uitæ necisq; ptãtem habeat.Hoc nos pati potestis:hoc ferre ciuitas?o/libertatẽ.P.R. quã potẽtissimi reges:quã natiões Barbaræ:quã gentes ultimæ inuiolatã sanctãq; ɔseruabãt.Hucine tandẽ oia reciderũt:ut ciues romãi nõ in extrema India:nõ in ultimis orbis terrarũ partibus id qd si accideret esset acerrime uẽdicandũ.Sed in hac urbe:quæ domiciliũ est libertatis,ab eo inquã:qui beneficio.Po. R.fasces & secures haberet:indẽnati necarent.Proh dii imortales ubi nã est ille mos:ɔsuetudoq; maiorũ:Corinthũ maiores nri pulcherrimã totiꝰ græciæ urbẽ funditus deleruntq; legatos ad eos missos supbius appellauerãt.Vos.M.ciceronẽ carnificẽ romanorũ indẽnatorẽ ciuiũ:necis principẽ:crudelitatis auctorẽq; ciues ro nõ corinthi:aut in aliq̃ puincia.P.R.supbius appellauit.Si rome ubi tãta ẽ libertas:idẽnatos crudelissime necauit: inultũ eẽ ipuni tumq; tot annos patiemini.Hic tu mihi Cicero illos ɔtra.r.p.cõ/iurasse cõmemoras:eosdẽq; urbẽ incẽdere:ciues trucidarẽ:uastare Italiã:delere.r.p.uoluisse.Hoc nõ reqro. Esto fuerint sane scelerati(qm tu ita uis)fuerit impii:fuerit crudeles.Illud repħendo & accuso:cur eos indẽnatos necasti?Q uis id tibi pmisit?Q uo iure id fecisti?Q uis idem fecit?Nemo tam perditus:tam facinorosa inuẽtus est uita:qui cum etiã de scelere fateref:nõ tamẽ sententiis prius iudicũ damnaref:quã supplicio afficeref.Cur in re tam ueteri:tam usitata quicq̃ noui feceris?ingenio aliqd affectus es?T ot homines prudentissimos: qui ante te consules fue/runt:prudẽtia cõsilioq; uicisti?C. Gracchus legẽ tulit:ne de capite ciuiũ ro.iniussu uro iudicaref:hic homo barbarꝰ ac dissolu/tus ciues romanos nõ iniussu uestro iudicauit: Sed indicta causa necauit.T u eruditior Cicero quã Gracchus?An prudẽtia tua maior?an animus?an consiliũ?T u cõmutare Cicero disciplinã ẽptare mãsuetudinẽ:suppliciis inusitatis crudelitate iandiu uiola

re libertatē huius populi ausus es? Te consule carnificem quē semproniꝰ oēs leges non quē modo huius urbis domicilio. sed etiam coelo hoc ac spiritu carere uoluerunt: in foro in campo uidimus. Miserum est quirites inuri ignominia iudicioruꝫ publicorum: calamitosum est priuari fortunis omībꝰ: luctuosum in exilium eiici. Sed tamē in omni calamitate retinet aliquod uestigium pristinae libertatatis: Carnifex uero: & uerbera: tortores aculei: tormenta: mors deniqꝫ ipsa absint a corpore ciuium romanorum. Tanta est eñi huius imperii maiestas: tanta nominis romani libertas est apud oēs nationes: ut nō modo ciueꝫ romanū occidere. Sed uerberare. & paulo asperius tractare scelus sit nefarium. Quapropter Cicero si te illorū acerba imploratio: et uox miserabilis. Ciues romani sumus: nō inhibebat. Si te non ꝓpinquorū gemitus: & lamentatio ad aliquā humanitatis partem reuocare potuit. Si non timebas leges. Si te mores nō cogebāt: ne tot clarissimorū ciuium. qui te: ne id faceres: eo tempore obsecrabāt: auctoritate cōmouebare? Nihil apud te. C. Caesaris clemētissimi uiri: & nunc tibi iure inimicissimi auctoritas ualuit? Nihil te illius dignitas: atqꝫ eloquētia permouere potuit Sed cum istum quirites nemo neqꝫ rogādo: neqꝫ monēdo mouere posset. Euolat repente iste ex senatu: quē tum armis oppressum tenebat: totꝰ scelere: furore et crudelitate inflāmatus: et inde ad aedes eorum uenit: a quibus illi miseri seruabanť. iussu istiꝰ statim ad carcerem educunť. inclusis catenae iniciunť. Aderat ibi tus carnifex terribilis: quibus iura populi romani: et libertatem implorantibus subito laqueū collo iniecit: & uitam maximo cū dolore atqꝫ cruciatu finire coegit. Vos tum quirites ad carcereꝫ aderatis moetu perculsi: & quorsum istius audacia eruptura eēt taciti expectabatis. Cum subito iste: qui se genus duxisse ꝓdicat ex Tullii hostilii familia Volscorū regis: quē regem unum omnium perfidissimū sceleratissimū maiores nostri sūmo supplicio mactarūt. Cum uos (ut dixi) oēs ad carcerē adessetis: repente iste non homo crudelis. Sed immanis tetraqꝫ belua se se maiorum suorū iniurias aliqua ex parte ultum esse existimans hilarioribꝰ oculis ad multitudinē ꝯuersus magna uoce: ut omnes exaudire possent: uixerunt inquit. Quis tum non ingemu

at? Quis tum nõ fleuit R. P. casum? En quis fuit tam durus: qui lachrimeret? Quin non eorũ: sed omniũ illum calamitaté atq; cõmune agi periculũ arbitraret? cum pnitiosissimo per istum in R. P. introducto exemplo omes idem sibi euenire posse cogitarent: Ecquid infelix recordare nullũ alium illo tẽpore fuisse sermonẽ: nisi hanc tantã tam grauem ciuitaté libidini atq; crudelitati tuæ esse subiectã: O tempus illud miserum: atq; acerbum cum tu Cicero consul si te inquã hoc nomine appellari fas est: unus omnia armis possideres: cũ tu sublata lege portia ciuium alios necares: alios fortunis denudares: alios metu terreres: &c tum omniũ libertaté euerteres. Ciues summo loco nati in carcere strangulanẽ: nõ accusati: nõ dãnati: nõ causa perorata. Quid est Cicero? Quid expectas? Num ullam sceleris tui defendendi facultaté cogitas? Num nullũ tibi salutis præsidiũ putas futurum? cum uideas nullã tibi non modo salutis spem esse relictã Sed etiã causæ defensioné esse sublatam. cum agnoscas: q alios indicta causa necaueris: tibi ipsi ad dicẽdũ ptãtem fieri nõ oportere. Sed si quis id tibi cõcederet: quod tu aliis permittere scelus esse duxisti. Quid ad hæc respõderes? Num mẽtiri me? num fingere aliqd? num agere crimẽ? Tacet: Timet: quid respondeat: quid fingat: nescit: exemplũ nõ habet. Tu ausus es Cicero interficere ciues ro. in illa ciuitate: ubi Tri. Pl. sunt: ubi prætores: ubi cæteri magistratus: ubi tot leges de capite ciuium Ro. latæ sunt: ubi cõspectus. P. R. Nunq; ne tibi iudicii: nunq; huius tãte multitudinis: quæ tibi nunc infestissima est: uenit in mentẽ? Te ꝯsulem semp futuꝝ existimasti? Nunq; te huius facti ratõnẽ reddituru? Nunq; te sublegũ & iudiciorum casurum ptãtem putasti Tolle tolle Cicero hanc spem ciuium Ro. Tolle hoc præsidiũ cõstitue fac ciues Ro. impune posse occidi. Quis ignorat inter feras satius esse iam ætatem degere: quã in tanta imanitate uersari. Si Galli: quirites: Si Hispani: aut Thraces: Si deniq; aliquis potẽtissimus rex ciuem aliquẽ rom. interficisset: nõne hanc iniuriam publico consilio ulcisceremur: nõne eos bello psequeremur: possumus hanc cõmuné iniuriam ignominiãq; P. R. inultam esse impunitãq; dimittere. Maiores nostri sæpe pro mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis. bella gesserũt Vos

ciues 10. nõ iniuriosius tractatos. Sed atrocissime necatos patie mini? Illi libertatẽ ciuium imminutã esse nõ tulerũt: uos uitam ereptam negligẽtis. Ego omĩbus meis opibus: omĩbus cõsiliis: omĩbus dictis atq; factis repugnabo atq; resistã crudelitati. Nec patiar hanc iniuriã ignominiãq; nominis romani inultam esse atq; impunitã. Quid em̃ mihi gloriosius contingere potest: quã me in tribunatũ meo carnificẽ de foro: crucem de campo sustu/lisse. Quare cõspirate nobiscũ Quir. ꝑsentite cum bonis: cõmunem libertatẽ: cõmuni studio atq; amore defendite: cauete ꝑ de/os imortales: ne hæc ciuitas: quæ semꝑ fuit domiciliũ mãsuetu/dinis: nunc sedes crudelitatis esse dicat̃. Hanc tollite ex ciuite q̃rites imanitatẽ: hanc pati nolite diutiꝰ in hac R. Pu. uersari: ne noua crudelitas in illos miseros experta in uos ꝯualescat: & calamitas remorata longius serpat atq; progrediat̃.

¶ PRAETEREA omĩbus in cõcionibus Clodius cla/mabat se quæ facere cõtra salutẽ Ciceronis: facere auctore Gn. Pompeio clarissimo uiro. M. Crassum: & C. Cæsarẽ Ciceroni inimicissimos ꝑdicabat. Atq; his se tribꝰ auctoribꝰ in ꝯsiliis capiẽdis: adiutoribꝰ in re gerẽda eẽ usurũ dicebat. Ex qbꝰ a cæsare unũ hr̃e exercitũ maximũ in italia. Cũ Cæsar n. in eius exercitu quẽ in gallia cisalpina habebat: frem Clodii ꝑfecerat: duos: qui priuati essent: exercitus breui facturos dicebat. Deniq; ꝯciones quotidianas sediliose ac populariẽ ꝯcitatas habebat: in qbus nõ mõ dicẽdi a cicerone: Sed ne aspirãdi qdẽ i forũ ptãs erat. Et em̃ si Clodius nõ ui & armis: ſ legibus magis iuditio & ꝯtentione dicẽdi cũ illo certare uoluisset: ꝑfecto Ciceronẽ nũq̃ expulisset Cuiꝰ diuinũ indicẽdo ingeniũ admirãtes ferẽ tenuisse hoim cœtus: iudicũ mẽtes: inflãmasse: easdẽq; ipulisse quo uoluit: unde aũt uoluit deduxisse. Itaq; cũ romæ auditũ erat. Ciceronẽ esse dictuꝛũ: ꝯcursus audiẽdi causa undiq; ex urbe fiebãt Tum loca in subselliis: in tribunali occupabant: ꝯplebat forum: iudex alacer audire cupiebat. Cũ uero ad dicendũ surgeret mirũ; sequebat̃ silentiũ. Deinde clamores: plausus: assensiões: ppli admiratiões faciebat. Et inuidiã/ fauorẽ/ spem/ metũ/ læticiã/ dolorẽ/ odium amorẽ/ iram/ misericordiã/ cupiditatẽ/ uoluptatẽ/ fletũ/ risus/ plangores cũ uellet dicendo excitabat. Incredibileq; dictũ est. Sed ta

men uerissime dico Ciceronē in cuiusdā nobilis causa flēta: & lamētationibus totū forum impleuisse. Quare nō immerito tempestate sua rex iudiciorū appellatus est. ꝙ quęcūq; ipse defendebat: sperabat se absolutū iri. Credibile est igr̄: Ciceronē si pro se ei dicere licuisset: causam suā ꝑsertim tam bonā populo ꝓbare nō potuisse. Nam docere ppl'm quā diligēter ille potuisset: mouere quā uehemēter: quis ignorat. Nemo ꝑfecto tunc tam inimicus patriæ fuisset qui nō suis cōsiliis patriā a se cōseruatā esse fateret. Tum uero cum cōqueri & cōmiserari cœpisset: non nefletum etiā inimicis excitasset. Et uox illa diuina: quæ tot mortalibus auxilio fuit: sibi tunc opitulari nō potuisset. Hæc Clodius cogitans nō illi iudiciū: nō iura: nō leges. Sed uim: cædem: & dimicationē denunciabat. Quare non erat illud iudiciū: in quo non est reus citatus: nō disceptatio aut questio: in qua non modus est habitus: nō mos: ꝯsuetudo seruata: nō causa defensa: uix illa quædam erat Tribunitia: & (ut sæpe iam dixi) ruina quædam atq; tempestas. Sed ut intelligi possit: quantum illo turbulentissimo anno iudicia ualuerint: ne longius aberrem uno exemplo ero cōtentus. P. Vatinius homo ualde audax ac petulās cum lege licinia & iulia postulatus esset: testibusq; uiris honestissimis præmeretur Clodium Tribunū plebis appellauit: ne causam diceret: ne iudicium de se fieret. Quod cum esset præter leges: præter morem ciuitatis: præter consuetudinē: omni memoria inauditum: iudices prosequi iudicium non desistebāt. Ecce Vatinius cum armatis hominibus duce. P. Clodio uenit in forum: in tribunal sui quæsitoris ascēdit: cūq; ui turbat: iudices de tribunalibus eiciuntur: franguntur subsellia: delentur urnæ. Memmius tum prætor fugit: uatini accusatores uix ab illorum manibus euaserunt. Clodius igr̄ cum omnia per uim agere instituisset: tabernarios decuriare: sollicitare improbos: excitare seruitia. Sed præcipue illum reliquiæ cōiuratorū odio quodam Ciceronis insaturabili: ac spe nouarum rerum sequebātur: & ministris atq; pricipibus seditionū hominib⁹ audacissimis utabat̄ Sex. Clodio. M. Lollio. L. fergio: ac gellio. Quapp cū multi nobilissimi uiri ꝓ cicerōe uerba facturi: multiq; honestissimi equestro ꝓ illius salute depcatores & dignitates laudatores in forū cō

P ii

uenissent: Clodij nõ armis: Sed iure: & legibus se disceptare uelle dixit: cosq; iussu adesse. Deinde cum pro Cicerone uerba facere coepissent: Clodiani in illos impetũ faciunt: totamq; illam aduocationẽ ferro & lapidibus cædere incipiũt. Tũ tanta facta est fuga bonorum: ut nõ nulli senatores laceratis reiectisq; togis discesserint. Et ut summus orator. Quintus Hortẽsis pene interfectus sit seruorũ manu: cum Ciceroni adesset: qua etiã in turba C. Vibienus senator: qui ipse etiã. M. Tulliũ defensurus cõuenerat: uita priuatus sit. Et quia semp seditiosis atq; improbis Tri. Pl. boni & fortes cõsules obstabãt: omnes omniũ ordinum ciues quotidie cum quærelis a cõsulibus petebãt auxilium: ut tribuni no furori resisterent. Ipse aũt Cicero Gabiniũ cons. quẽ (ut diximus) in causa capitis defenderat: ut sibi opem ferret rogauit: a quo cõtemptus. Ad. L. Pisonem ueterẽ amicũ: & affinem cum C. Pisone genere suo: & illius propinquo pro sua salute obsecratum uenit. quos. L. Piso supbissimo respõso eiecit: a quo etiã Tullia filia cũ se ad illius pedes supplex pro patre abiecisset arrogãtissimis repudiata est uerbis. Deinde Senatus Gabinium cons (nam Piso cõsulto domi se cõtinebat) multis uerbis orauit: ut Ciceronis causam susciperet: quæ senatus auctoritatẽ cõtinebat. Ad hæc multi adolescentes nobilissimi Multiq; equites ro se ad illius pedes pro Cicerone abiecerũt. Sed Maxima superbia Gabinius amplissimi ordinis præces: amplissimorũ ciuiũ lachrimas repudiauit. Nec eo cõtentus contionem aduocat: & habet orationẽ talem qualem nũ seditiosissimus Tribunus plebis nunq̃ habuisset. Errare homines si tum senatũ aliq̃d in rep. posse arbitrarent. Seq; etiã inuito senatu prouinciã habiturũ dicebat Equitibus ro. minabatur: atq; se illius diei pœnas ab illis repetiturum: quo Nonis Decẽbris Cicerone cons. cum gladiis in cliuo capitolino fuissent In illa etiam cõtione. L. Lamiam equitẽ romanũ honestissimũ relegauit: edixitq; ut ab urbe abesset. q esset ausus queri de cõditione illorum temporũ: & pro Cicerõe deprecari. Erat eo tempore Gn. Pompeius in albano: quẽ uirum Ciceronis amantissimũ Cæsar nõnulliq; homines improbi a Cicerone falsis factisq; sermonibus alienarũt Eiusq; uitæ ab illo insidias factas esse dixerũt. Sed Pompeius q̃q̃ a Cicerone salut

timeret: sed tamẽ timere simulabat. Fuere etiã eo tẽpore: qui crederent Gn. Pompeium a cicerone alienatum fuisse ꝓpter uersum quendã: quẽ Cicero: qui natura gloriosus erat: post cõsulatum suũ scripsit. Cedant arma togę: ꝓcedat laurea linguæ. quasi M. Cicero se summo imperatori Gn. pompeio. & pene omniũ gentiũ uictori anteponeret. Quod nõ solum falsum. Sed & ridiculum uidet: ꝙ pompeius ꝓpter unum uersum ciceronẽ sibi amicissimum eici ex urbe passus esset qui & si illo uersu: quod non erat: fuisset lacessitus tamẽ cum Cicero semꝑ in Pompeiana laude obstrictus fuisset nõne cum uno carmine cõpensasset tot & tanta uolumina? quæ Cicero scripsit in laudem pompeii. Pompeius igit̃ a Cicerone alienatus Cæsaris etiam rogatu. M. Tulliũ nõ iuuare decreuerat. Quare cum ad hunc M. Cicero pro ueteri amicitia rogatũ in Albanũ uenisset ut illum cõtra tribunitiũ furorẽ subleuaret. scripsit Plutarchus: ꝙ Pompeius nõ sustinuit uirũ optime de se meritũ uidere. Sed cum primũ ei Ciceronem adesse nunciatũ esset: per posticũ egressus longius abiit. At Cicero in quadã epistola ad Atticũ scribit: se a pompeio minus liberale accepisse respõsum. Ex quo fit ut ego addubitem. An istud qđ tradit plutarchꝰ sit ex omni parte uerum nisi Cicero de illo fortassis intelligere uoluit: ꝙ ad pompeiũ. L. Lentulus prætor. Q. Fabius sanga. L. Torquatus. M. Lucullus multiq; mortales oratum in albanũ obsecratũq; uenerunt: ne Ciceronis fortunas desereret cum reipublicæ salute cõiunctas. Et illos Põpeius ad consules remisit: dixitq; se contra armatum Tribu. pl. Sine consilio publico decertare nolle: consulibus ex. S. C. rem publi. defendẽtibus se arma suscepturũ. At illi a Gabinio repudiati: uenerunt ad L. Pisonem: illumq;. L. torquatus rogauit: ut consularem causam susciperet: ageret aliquid ad senatũ de. R. Pu referret: ne amicum: ne affinem: desereret: ne illum: quem ĩ senatu senteñtiã rogabat tertium: oppugnaret. Cui Piso respondit: se non esse tam fortem: quam ipse torquatus in cõsulatu fuisset: aut Cicero: esse Gabinium: sine prouintia illum stare non posse: se spem habere a tribuno. Si sua consilia cum illo cõiunxerit: se a senatu quidem desperasse: huius se cupiditati obsequi sicut Cicero fecisset in collega suo. Nihil opus esse armis. nihil

contétione:posse Ciceroné iterum remp.saluare: si cesserit: infinitam cædem fore si restiterit:ad extremű dixit neq͂ se/neq͂ generum/neq͂ collegã Trib.Pl.defuturű. Hac re patefacta uir incredibili magnitudine animi.L. Műmius ad senatum de republi. retulit:cumq͂ senatus freqűs uesté ꝑ Ciceronis salute mutandam censuisset& illum omi ratione:priuato cõsilio(qm publicis ducibus.R P.careret)defendendű putasset. Ad uiginti milia hominű uesté pro Cicerone mutarűt:& præterea cűctus fere equester ordo & senatus uniuersus. Cűq͂ in numero bonorum esse non uiderẽ qui tum nõ esset ueste mutata.P.Crassus adolescés quis pater grauis.M. Tullii essȝ inimicus tamẽ deterreri nõ potuit quin et ipse uesté ꝑ Cicerone mutaret Ex quo iudicari potest quantű cicero senatui equtibus ro. bonisq͂ omibus fuerit carus:cum pro eo id quod nunq͂ȝ alii contigit ciuitas pene tota publico cõsilio ueluti in publica mœstitia ueste mutata squaluerit.quæ quidé mutatio cum luctus tum depcatiõis causa facta est.Hi namq͂ habitu miserabili induti cűctos mortales pro Cicerone præcabanẽ:mirificeq͂ illorum squalor et sordes hominű animos permouebãt.Eratq͂ Ciceronis domus referta equitibꝰ romanis.& optimis uiris. Mirandaq͂ multitudo undiq͂ ex Italia ad illum defendendű cõuenerat.Ac nullum erat italiæ municipium:nulla præfectura:nulla colonia:nullum romæ collegium.aut ꝯcilium:quod nõ de Ciceronis salute honorificẽtissime decreuisset. Sed subito consules iubent ad suű uestitum Senatores redire.Equitibus roma.nisi ciceronem relinquerẽt cædem & proscriptioné minabanẽ.Ipse auté Clodius omniű perditorum et coniuratorű concitata manꝰ:magnis per urbem copiis uolitabat: furebat:templű Castoris reuulsis gradibus occupauerat:quod spectaculű instar urbis captæ uidebatur:omnesq͂ fori aditus ab eo septi tenebantur. Deinde Cæsaris exercitum se ad urbem euocaturű dicebat: totamq͂ italiã daturű militibus diripiendã:si latini aut itali Marcű Tullium adiuuarent.Nihil senatus poterat:nihil reliqui magistratꝰ:unus omia armis tenebat: alius pollicebaẽ spe & promissis multos plures terrore ac mœtu a Ciceronis defensiõe auocabat.Vnum igiẽ Ciceroni restabat:aut in exilium ire:aut ferro decertare.L.Lucullus uir ma

gnis rebus gestis:ac spectate m.R.P.auctoritatis & L.mūmi[illegible]
uir fortissimus multiq; clarissimi uiri Ciceronē dimicare suade
bant:& uim ui repellendā censebāt. Sed Cicero q;q; eius cām se
natus:equester ordo:cūcta italia: omēs boni en xe suscepissent
& tribunitio furori atq; ꝯsulū sceleri tanto bonorū studio resiste
re:& uim ui repellere fortasse potuisset:nō ferro & armis decer/
tare noluit. Exponā hoc loco(qm̄ id res postulare uidet̄) oēm
rationē huiꝰ facti & ꝯsilii Ciceronis:Cū oīm pditorū icitata uis
& oīs illa effusa ac supata Catilinæ manꝰ duce Tr.pl. ꝯsulibus
auctoribꝰ renouata nōiā i ciceronē impetū facere uellet: quā p
illū in oēm.r.p.cū egentes a Tr.in locupletos:perditi in bonos
serui in dn̄os armarent̄:& ad uim: ad cædē:ad direptionē inci/
tarent̄. Scelerata manus Clodiana templū Castoris forū & ꝯcio
nes teneret. Senatꝰ omino nihil posset:ꝯsules:q publici ꝯsilii du
ces eē deberent:pditores ac potius aperti eēnt hostes. Eqster or
do ꝓscriptiōis terreret̄. Italiæ belli itestini ac uastitatis mœtus in
ferreret̄. C.cæsaris esset in italia exercitus:eiusq; exercitū infestis
signis se ad urbē euocaturū Tr.minitaret̄. Cum eos:q plurimū
possent:omibus in cōcionibus secum Clodius facere persona/
ret & illi tacendo loqui:nō inficiando confiteri uiderent̄. Cum
alii nominatim relegarentur:alii mœtu ac periculo sui Cicero/
nem non defenderent:alii ueteri bonorum odio incitarentur:
alii inuiderēt:alii ulcisci dolorem suum aliquem uellent. De/
niq; cum multum eo tempore Clodiana arma coniunctione
consulum & trium potentissimorum hominum ualerent. Po/
tuisset tamen Cicero multis auctoribus fortissimis uiris fortas
se ui & armis se defendere. Sed armis decertare pro sua salute
noluit. Quoniam & uincere & uinci luctuosum reipublice fo
re putabat Etenim uidebat:si Tribunum plebis uicisset:esse sibi
postea pugnandum cum consulibus: Et multos uictoriæ sue
graues aduersarios paratos interitus nullos ultores esse intelli
gebat. Dixerat in concione consul aut illi semel esse pereun/
dum:aut bis esse uincendum Et erat altera illa contentio hmōi
futura ut cōsules siue uicti: siue uictores fuissent:respu. magnā
accepisset calamitatem. Quod si in prima cōtentione(quoniā
semper incerti sunt prœliorū exitus)a Tr.uictus fuisset in foro

cum multis bonis uiris:furor:incẽdia:direptio:proscriptio:cae/des omibus iis iminebant:qui cum Cicerone fuissent:uictoresq̃ Clodiani in omnẽ.R.P. impetũ fecissent. Haec cum uir pru/dentissimus iudicasset:suscipere tantos animi dolores:& a cõ/plexu suorũ summo potius cum dolore diuelli:& se iam uide/re disturbari tecta:diripi fortunas:pcipitari ex altissimo dignita tis gradu:& oĩa cõseruandorũ ciuium causa perpeti maluit: quã ut aliqua onrẽ belli ciuilis dissensio ꝓpter se:et in discrimẽ aliquod ciuitatẽ offerret. Sperauit id:quod accidit:suaꝫ recupe/rante senatu auctoritatẽ celerem sibi summa cum dignitate re/ditum:nec intelligebat fieri diutius posse:ut sibi non liceret esse in ea.R.P.quã ipse seruasset. Quod & si reditum nunq̃ꝫ sperasset:tamẽ hoc animo semp fuit:ut nunq̃ꝫ dubitasset se ad pspicu/am mortẽ pro salute.R.P.inicere. O ciuem natum reip. O ui/rum omni laude dignum:uelle potius in exilium ire:uelle po/tius emori:q̃ꝫ ne quis bonus pre se interiret dimicare. Cum igĩ Cicero statuisset tempestati caedere:Circiter Nonas Aprilis ue/ste mutata ex urbe egressus Lucaniã terra petiit:eo animo ut in/de in Siciliam traiceret. Quod sibi cum siculis multae necessitu dinis causae intercederẽt:& q̃ ea ꝓuincia obtinebatĩ a.C. Virgi/lio Ciceronis amicissimo. O rem indignã atq̃ acerbam:cedere Ciceronẽ e patria:quã ipse seruasset:manere Clodium in patria qui multis saepe sceleribꝰ uiolasset. Itaq̃ duo eodẽ anno eiecti sunt:quos improbi uidere nõ poterant. M. Cato &. M. Cicero: alter(ut. M. Tulli uerbis utar)per honorẽ turpissimũ:alter per honestissimã calamitatẽ. Vix palam factum erat Ciceronem di scessisse. Cum statim Clodius cũ operariis suis:ac Catilinae reli quiis:& seruorũ manu uenit in forum:atq̃ inde bonis oĩbus ferro & lapidibus expulsis legẽ tulit. Qua.M. Tullio aqua & igni interdicebatĩ:eiq̃ infra quadrigenta ab urbe miliaria adesse non licebat. Et sanxit in posterũ ne quis de eo ad senatũ referret ne quis decerneret:ne quis disputaret:ne loquerẽ:ne pedibus iret:ne scribẽdo adesset. Idq̃ ut oĩbus manifestũ esset:in curiae poste scriptũ affixit. Grauis etiã poena exilium & publicatio bo norum adiuncta erat:si quis euꝫ tecto reciperet. Eodẽ die:imo eadẽ hora:atq̃ puncto tẽporis:Gabinio atq̃ Pisoni ꝓuincia ro/

gata est. Et utriq; exercitus: magnum imperium: ingẽs pecunia decreta est. Et cum essent illi in circo flamminio a Tribuno pducti in concionẽ: & interrogati quid sentirent de consulatu Ciceronis. Gabinius: q̄ in ciues indẽnatos esset animaduersum dixit uehemẽtissime sibi displicere. Piso autẽ se semp misericordem fuisse: & crudelitatẽ sibi nõ placere dixit. Deinde omnia: quæ Tribu. contra Ciceronẽ dixerat: uoce ac sententia comprobauerũt. Clodius præterea Ciceronis uillas disturbauit: domũ diripuit: deinde incendit: atq; euertit. Et ut solum quoq; eriperet domũ dedicauit: & locum religiosum fecit. Liberos eiusq; familiam uexauit. Cumq; illius bona sub hasta & uoci subiecisset p/conis inuẽtus est nemo qui quicq; de bonis Ciceronis attin/gere ausus sit. Multa sunt scelera: quæ ab illo Ciceronem: quæ in patriam sunt edita. At Ciceronẽ Siciliam (ut antea dixi) petere cõtendentem: cum et tota pene insula se se obuiam ferre uellet. C. Virgilius cui cum cicerone omnes erant amicitiæ ne/cessitudines in Siciliam uenire per literas uetuit? Quot sunt: q non hominibus: Sed fortunæ sunt amici. Qui in secundis rebus se intimos esse simulant: qui postea in aduersis inimicos se ostẽdunt. Amicitiãq; non ex re; Sed ad tempus & ex comodo eorũ existimant: & aliud in lingua promptum aliud in pectore clausum habent. Tum Cicero mutato consilio iter a uibone Brundusium terrestri itinere petiit (Nam tempestas nauigare prohibebat) ut ad brundusii mœnia accessit: urbem sibi amicissimaȝ ingredi noluit: in hortos se. M. Flacci cõtulit: a quo grate: & pie receptus est. Et inde in eius naui tuta ac fideli collocatus diracchiũ: quod erat in eius fide: petere contendit. Quo cum uenisset cognouit græciam refertam esse exulum coniuratorũ. Itaq; uitato epiro uiam in Macedoniam ad plancum questorem perrexit. Sed ille simul atq; Ciceronẽ mare transisse cognouit: statim ad illum lictoribus dimissis: insignibus questoriis abiectis: ueste mutata profectus est. Et M. Ciceronẽ in Asiam ad quintũ fratrem proconsulẽ transire properantem propter eius prouinciæ metum ire non est passus: secumq; illum multos menses The/salonicæ retinuit totam suam questuram in eo conseruando ac sustentando collocans. Alii omnes Ciceronis amici benigne il

Q

lum receperunt: praeter uibium quendam praetorē macedoniȩ qui eadem timuit quae. C. Virgilius. Is enim Ciceronem ad se uenientem domo nō admisit. Cum de eo Cicero esset optime meritus. Sed praecipue. M. Tullii. T. Pomponius/ Atticus/ Ciceronis amicissimus familia/copus/literis/ rebus omnibus iuuit. Cui ut auctor est Cornelius nepos. H.S.cc. & quinquaginta milia donauit. Ex quo intelligi potest. Nihil humanarum rerum melius quam perfectam amicitiam hominibus a natura datum. Nā uerus amicus: quocūq; te inclinaueris ꝑsto est: nullo pīculo: aut fortunae casu imutatꝰ. Illđ aūt i hac calamitate maxime. M. Tullio gloriosum fuit. Quod illum senatus tanq; optime de Re Publica meritum: & conseruatorem urbis magistratibus. Populi Roma. atq; exteris nationibus per literas commendauit. Tulit hoc exilium grauiter Cicero & animo nimis fracto: atq; abiecto saepe accusans per fidiam amicorū: saepe cōsilia sua & se ipsum damnans: q ferro non dimicasset: crebro se patria pulsum: saepe domum incensam: atq; euersam: saepissime R. Publi. afflictam deplorans.

¶ Explicit Liber Constantii Felicii Federici filii De Exilio. M. Tullii Ciceronis

¶ Nunc Sequitur Liber De Reditu M. T. Ciceronis.

CONSTANTII FELICI DVRANTINI VTRIVSQVE IVRIS PERITI AD LEONEM.X.PONT.MAX. DE REDITV.M.TVLLII CICERONIS LIBER INCIPIT.



XPVLSO Cicerōe Clodius īsultabat: dominabatur. Senatus eīm auctoritas conciderat. Afflictus equester ordo iacebat: merebāt boni: erat mutum forum. Incredibileq; auditu est: quātū erat unius discessu R.P. mœsta atq; afflicta. Vnus Clodius oīa armis tenebat: possidebat. Nec quicq̄ erat illo anno: qd ille concupisset: quod nō per uim habere cogitaret. Itaq; fretus ille imoderata potentia in Cn. Pompeiū: quē omniū iudicio lōge principem ciuitatis esse uidebat: se conuertit: cum illo cœpit æmulari: & eius acta uelle rescindere: grauiq; iniuria uirum fortissimum lacessiuit. Nam cum Pompeius in illo nobilissimo Mithridatis Triumpho Tigranis regis Armeniorū filium captiuum adduxisset: illum post triumphum Flauio senatori in custodiā dederat: qui illū cathenis uinctum domi seruabat. Tum Clodius siue ut a Tigrane rege grandē pecuniā extorq̄ret: si filium redderet: siue ut Pompeio faceret iniuriā. Cogitare cœpit queādmodū Tigranem a flauio surripere poss̄. Itaq; capit hoc consiliū. Vocat ad cœnam Flauium: qui tum prætor erat: cōuiuium satis ample ac magnifice exornat. Dum celebrat̄ postea inter eos sermone leticiaq; conuiuiū Clodius Flauium rogat: ut Tigranem ad se adduci iuberet: q illum nunq̄ uidisset: cupere se eum inspicere. Tum Flauius nihil de illius improbitate suspicans imperat suis: ut Tigranē ad eum adducant. Adductū Clodius discumbere iubet. Posteaq; Flauio uisum est Tigranē satis esse ibi moratū: suis Tigranē domū reducere imperat. Tum

Clodius Tigranē apud se uelle esse dixit:illos discedere iubet. Tigranem relinquere. Flauius Clodiū appellat:hominē ut red dat rogat:nisi redderet:ostēdit id Pompeium grauiter molesteq; laturū. Ille homini nisi discederet acerrime minari coepit. Rem ad Pompeiū Flauius defert. Tum Pōpeius hominē ut sibi red/ dat petit. Ille se redditurū negauit. Ac postea Tigranē habitum extra cathenas naui in Tybere imposuit. Sed cum ille fugeret uento ad eūdem locum reiectus est. Clodius igit nequis eum diripiret. Sex clodiū misit: qui Tigranē ad eum reduceret. Per/ uenit res ad aures Flauii. Itaq; ipse quoq; ad diripiendū Tigra nem magno comitatu pfectus est. Interim fit obuiam sex Clo/ dio ad quartū lapidem ab urbe. Statim homines exutraq; parte educūt gladios:impetū facere incipiūt. Multi exutraq; parte uul/ nerant:occidunt:plures tamē ex flauii parte:inter quos cecidit. M. Papinus eques. R. et Pompeii familiaris. Clodiani flauium cupierūt. Sed ille fine ullo comite uix in urbem pfugit. Post hāc iniuriā Clodius Pompeiū qbusdā possessionibus pellere armis conatus est. Deinde turbulētissimas conciones habebat:in qui/ bus Pompeiū contumeliose ledebat. Quis imperator impudi/ citia laborat:respondebāt opere clodiane Pōpeius. Quis plebē fame necaret:respondebant pompeius. Multaq; in eum maledi cta congerebat. His tum rebus adductus est poenitētia pompei/ us.ꝙ Ciceronē uirum optimū & sibi amicissimū falsa suspitio ne deiici de urbe Passus esset. Augebat illius moeroremꝙ senatū p psidia qua in Ciceronē usus esset:his rebꝰ lætari uidebat. Mgfa tibꝰ igit nouis dsignatis cū illis de reditu Cicerōis tractare coe pit. Nā cū illis agere:qui tū mgfatus gerebāt:erat ōnino supfluū. q aut oēs erāt Clodii fautores:aut q ab illo diffidebāt nō multo magis quā priuati poterāt. Quin imo. L. Nouius Tr. pl. colle/ ga. P. Clodii a liberto clodii Damione uulneratꝰ est. Et ui & ar mis magno tēpore Tribunatus sui a Clodianis. R. P. admini/ strare phibitus fuit. Cū igit essent noui Tr. pl. designati. T. An/ nius Milo Cicerōis amicissimꝰ & uir magnitudine animi præ stantissimꝰ. Item. P. sestius. C. Cestilius. P. Mesopius. T. Fabius M. Curtiꝰ. C. Messinus. Q. Fabritiꝰ oēs isti Ciceroni enixe fa/ uebāt. Itē ꝑtores design. L. Cecilius. M. Calidius. C. Septimius.

